peſcit. Ex eis quidam ſumitatibus ante ꝑductio-
nē foliorū ſolet fieri unguētū frigidū opilatiuū &
caloris mitigatiuū & ſomni prouocatiuū. Et hoc
unguētū a medicis appellatur unguentum popu
lion & ī multis cauſis neceſſariū iudicatur & hoc
unguentum dicitur populion: quia fit de oculis
populi: ualet contra calorem febrilem acutum. Et
ualet hiis qui dormire nequiunt unctis tempori-
bus & pulſibus & plantis manum & pedum. Hoc
idem unguentnm cum oleo roſarum uel uiolarū
mixtum & ſuper epar in unctum calorem mirabi
liter tollit. & ſuper umbilicum unctum ſudorem
prouocat. Et tale unguentū fit iſto mō. Recipe-
oculorū populi lb. i. ſo. papauere. ſo. mandra. ſo.
iuſquiami: ſolatri: uermicularis. lactuce: ſemperui
ue aū. ʒ;. omnia confundantur & buliātur cum
uino ad uini conſumationem. poſtea comprima-
tur ꝑ pannum forti compreſſione cui colato adde
axunge nouelle porcine ſine ſale quantum ſuffi-
cit & moueatur in patella iuxta ignem ī modum
unguenti & in uaſe reconde. Nicolaus in audito-
rio ſuo. Serapio.





PASTINACA SIL.

¶ Paſtinaca ſilueſtris. i. daucus aſinin⁹. cuius uir
tus calefacit & abſtergit. ꝓuocat urinā & mēſtrua
tota herba facit: hoc maxime uero ſemen & radix.
Sed quando ex foliis eius ſit emplaſtrum ſup ul-
cera quæ incipiunt corrodi cum plantagine cōue
nit ne amplientur. Item quando fit fomentatio
cum foliis paſtinace ſilueſtris & arthemiſie cum
uino prouocat menſtrua. Et poſt talem purgatio

nē bibat de uino decoctiōis ſeminis paſtinacæ cū raſura eboris facit ad cōceptionē. Vinū ēt decoctionis paſtinacæ ſilueſtris & ſeminis petroſilini: feniculi cōfert ſtrāguriæ. Et ualet eius decoctio foliorū paſtinacæ cū foliis alteæ & radicū lilii cū butyro in patella impaſtādo in modū emplaſtri minerā pectoris ungēdo qđ ualet ī pleureſi. Et radix paſtinacæ ſilueſtris in cibis ſumpta ad coitum exitat nō fortiter & ꝓuocat urinā: ſed paſtinaca ſilueſtris minus ualet in cibis. Domeſtica uero paſtíaca noīe paucia cōuenientior eſt in cibo q̄ multum inflatiuū eſt aliqđ uētoſitatis hēt in libidinoſitatis. Semen ergo paſtīacæ dōeſticæ ideſt bauciæ īcitatiuū eſt ad coitū. Paſtīaca uero agreſtis nō ideo eſt īflatiua: iō diureticū eſt & mēſtruorū cōmotiuū: herba ēt eſt ſurmacū dyaforeticū exterius poſitū cū uīo cocto addito calamēto: eſt tamē herba debilior in omnibus reſpectu ſeminis ꝑpter āmixtionē aquoſæ humiditatis. Paſtinaca uero ſilueſtris fortior eſt ad omnia: urinas autem mouet & menſtrua prouocat: & tota quidem herba & maxime ſemen & radix. Quidam autem ſilueſtrem paſtinacam uocant daucum ſilueſtrem. Pādecta radix paſtinacæ apenſa collo ualet ad tumorem eius: etiam ſerpens nō poteſt nocere deferenti radicem. Macer.





PASTINACA DOMESTICA

¶ Paſtinaca domeſtica. i. baucia calida eſt in medio ſecundi & humida in principio. eiuſdem. Et ē duplex eius maneries ſcilicet domeſtica & agreſtis. alio nomine paſtinaca domeſtica baucia appellatur. eſui plus competit talis paſtinaca q̄ medicine. Virtutem habet generādi ſāguinem multū & ſpiſſum. unde auget libidinem cōualeſcentibꝰ & malancolicis ualet cruda uel cocta comeſta.

& uiridis maioris ẽ efficacie. ſicca minoris. Fit ãt ĩ de uinum conditum ex radicibus ſicut de yringis ad coitum incitandum. & uſus radicis generat bonum ſanguinẽ & multiplicat ſpma. ualet digeſtionem bonam procurandam. Et poteſt iſto modo ad condiri. Recipe radicum paſtinace mundate & coquæ bene & coctas minutim ſcinde & exprime aquam cui addatur mellis cõſumptionem & continuo moueatur ne adhereat cacubo & circa finem decoctionis appone pineas mũdatas. poſtea apponas ſpecies aromaticas ut cinamomi: zincibe ris: galange: macis: nucis muſcate &c. Et uſus illius conditi uirtutem digeſtiuam miro modo confortat & bõum ſanguinem propagat & multiplicat ſperma. Eodem modo fit conditum radicum yringi uel ſecacol. Platearius. Et paſtinaca domeſtica a quibuſdam daucus domeſticus appellatᷣ ſiue baucia. Eſt autem talis magis digeſtibilis q̃ daucus ſilueſtris quantum ad radices. Et radix talis paſtinace domeſtice eſt exitatiua ad coitũ quia eſt uentoſitiua & calefactiua & humectiua quæ tria ut plurimum concurrunt ad carnis libidinẽ. Pandecta.





ROSA

Rosa frigida ẽ ĩ prĩo & ſicca ĩ ſecũdo gradu. & roſa uiridis & ſicce cõpetũt uſui medicĩe. eligẽde ſũt roſe rubeæ ĩ medicĩs. de roſ; uiridib⁹ multa fiunt. ſ. mel roſa℞: zucarũ roſa℞ & mulſa roſa℞: ſirupus roſ: oleũ roſ & aq̃ roſa℞. Mel roſa℞ ſic fit. mel deſpumetᷣ & coletᷣ cui miſceãtur folia roſ minutĩ ĩciſa & aliqãtulũ decoqtᷣ. zuca℞ roſa℞ ſic fit recipiatᷣ folia roſa℞ optĩe cõtuſſa uˡ minutĩ ĩciſa & cũ zucato albo & ſoli pſẽtetᷣ ꝓ ipſi⁹ fermẽtatiõe

Sirupꝰ roſaꝝ ſic fit.R.ſucci roſaꝝ cū zucaro albo miſceať penes ignē coquēdo ut decet & cōuenienter dať flegmaticis:melācolicis & colericis debilitatis pp diſſolutionē ſpirituū.Ad idē ualet zucaꝝ roſaꝝ notāter colericis:ſed flegmaticis dať mulſa ex aq̄ & melle roſaꝝ facta . uel dať mel roſarū cū aq̄ decoctiōis ſeminis feniculi flegmaticis ad mūdificādū ſtōachū a ſuis hūoribꝰ.zucaꝝ roſaꝝ hēt uirtutē cōſtrigēdi & cōfortādi iō ualet diſſētricis & lietericis ſeu dyaricis & ī tali caſu miſceať parū maſticis ꝑ cōſolidatiōe ulceratiōis īteſtinorū qď ut plurimū cōſeqť diſſinteriā. Cōfert etiā zucarū roſaꝝ cōtra uomitū cū aq̄ pluuiali . Cōtra ſincopī & cordiacā paſſionē q̄ fit ex calefactōe ſpiritualiū mēbrorū deť aq̄ roſaꝝ uel ſirupꝰ roſaꝝ uel zucaꝝ roſaꝝ . Itē cōtra calefactionē epatis & dolorē capitis fiat innunctio regiōis epatis cū oleo roſarū uel frōs uel tpa ungāť ꝑ dolore capitis.uel frōs uel tēpora ungātur ꝑ dolore capitis. & cōtra dyaforeſim uel nimiū ſudorē ungať corpꝰ cū oleo roſarū mixto cū puluere ſādali rubei uel albi &c . Et oleū roſaꝝ ſecūdū quoſdā fit emplēdo uas uitriū roſarū & oleo & faciūt bulire ī caldario aq̄ ſpleno . Itē cōtra corroſionem oris ualet mel roſ cū aq̄ roſarū mixtū.& cōtra ſincopī & cordiacā paſſiōes deť aq̄ roſ ī potu & facies irroreť. Et ī coliriis oculorū miſceť. Serapio. Pādecta. Auicenna de uiribꝰ cordis.





RAFFANVS

¶ Raffanus calidus ē & ſiccus ī ſcđo gradu.Radix aūt eiꝰ magis cōpetit uſui medicine & uiridis magis q̄ ſicca habet aūt uirtutē īcidēdi & diſſoluēdi.& ex eo fit oximel hoc mō.Radix cōfundať & mittatur ī aceto ad tres dies poſtea aliquātulū buliatur & colatuť deť mellis ſufficiētia.tale oximel ualet cōtra quartanā & quotidianā.Sed ſi p̄dicte colature miſceať zucaꝝ fit ſirupus cōueniens cō-

tra quotidianā ex flegmate ſalſo uel cōtra tercia-
nā notā.i.ipurā.ſ.mixtā ex colera & flegma. Itē ſi
frigidi humores ſint īdiſteſti ī ſtomacho radices
raffani īfuſas ī aceto & parū mellis comedat pa-
tiens ad ſaturitatē poſt bibat aquā calidā & digi-
tis ī ore miſſis uel penna ī oleo inuncta uomitus
ꝓuocet̃.Et ipſa herba ī uino cocta & abſintheo &
oleo cathaplaſmata regiōi ſplenis ualet cōtra du-
riciē ei⁹.uel cathaplaſmet̃ pectini ſoluit ſtrāguriā
& diſſuriā Platearius.Et ſuccus raffani uel aq̄ de-
coctionis raffani cū ceruſa & parū mellis roſaꝝ cō
fert lentiginibus faciei & omni liuori eius faciē in
de abluēdo Itē raffanus qn̄ comedit̃ generat uen
toſitates & facit eructuare & ꝓuocat urinā & cale
facit.Et qn̄ comedit̃ ante cibū īpellit cibū ad ſu-
periora & nō facit cibū deſcendere ad fundū ſto
machi.& ꝓpter hāc cauſā quādo ſumitur ante ci
bum prouocat uomitū. Et quando ſumitur poſt
cibum mollit uentrem & iuuat cibum ad deſcen-
dendum.Et quando decoquitur radix raffani in
cibis confert tuſſi & humoribus groſſis congrega
tis in pectore.Et eſt conueniens ī ydropiſi de cau
ſa frigida.Et quando ſuccus eius miſcetur cum
farina lolii facit naſci pillos in alopicia.Et garga-
riſmus ex eo factus reſoluit ſquinantiā. Serapio.





RADIX

❡ Radix calida ē & ſicca ī tertio gradu.& ē herba
cui⁹ radix ſimili mō appellat̃ . & radix uſui medi
cine cōpetit.Et radix raffani domeſtici ſimilē ha-
bet uirtutē raffani in capitulo p̄cedenti & cōfert
contra eaſdem cauſas & eodem modo ſed non
adeo efficax.Platearius. tem radix eius ualet con
tra calculum ſe reſoluentē : prīcipaliter eius aqua
prodeſt.Similiter ualet aqua eius calida ſumpta

prouocando uomitũ cũ penna uel cum folio q̃r/
cus. Et raffanus domeſticus eſt radix: ſed qđ nos
uocamus raffanũ ẽ raffanus agreſtis. Pan. Et folia
radicis ĩ cibis ſũpta reſiſtũt ueneno. Radix etiam
ieiuno ſtomacho ſumpta comeſta uel potata ma
gnũ ꝓſtat ſanitatis adiutoriũ: ſed inflationẽ facit
& ructuatiões fetidas. ſemẽ eius urinã mouet: uẽ/
trem malaxat. decoctio enĩ radicis in cibis ptiſicis
ꝓdeſt & flegma thoracis purgat. Et decoctio radi
cis cũ oximelle ſũpta uomitũ mouet. cum melle
mixta putredinem oris curat abluẽdo os. Et deco
ctio radicis ĩ aqua liuorẽ faciei tollit & uim fũgo
rũ uenenoſorũ cõpeſcit. Semen uero eius cũ aceto
coctum & potatũ plenem minuit. decoctio toti⁹
herbe radicis & alteæ in modum cathaplaſmatis
ydropicis applicata cõfert & ſpleneticis. Et Pãde
cta dicit nos autem experti ſumus de hac planta
multotiẽs ꝙ quãdo coquit᷑ multum cũ kiſtordei
donec diſſoluat᷑ in decoctiõe & detur in potu ha
bet magnã efficatiã in egritudinibus pectoris an
tiquis quæ fiunt ab humoribus groſſis. Itẽ ſemen
ei⁹ cõfert uenenis ſicut teriaca. & raſis dicit aucto
ritate Serapiõis ꝙ expertus fuit hoc & ĩuenit uerũ
ꝙ aqua radicis raffani domeſtici ſuper ſcorpionẽ
diſtillata uidit ipſum ſtatim ĩmobilẽ. & deinde ĩ
flatus eſt & crepuit per medium. Serapio.





RVTA

¶ Ruta calida ẽ & ſicca ĩ tertio gradu cuius du/
plex ẽ maneries. ſ. domeſtica & agreſtis q̃ pigamẽ
dicit᷑. Et folia & ſemina cõpetunt uſui medicine.
Virtutẽ habet diureticã & diſſoluẽdi & cõſumen
di. Puluis rute cũ piretro naribus ĩflatus flegma
educit & cerebrũ mũdificat: ideo ualet ad epilen
tiam & alias diſcraſias cerebrales uicio flegmatis
cauſatas. Vinum etiã decoctiõis rute & pionie &

roſma ini ualet ad idē notāter ad pilētia. Itē uinū
decoctiōis rute ī potu datū ualet cōtra defectū ui
ſus. Vinū decoctionis rute cū piretro ualet dolori
dētiū abluēdo os. Et cōtra paraliſim mēbrorū ua-
let uinū decoctiōis rute & caſtorii & herbe parali-
ſis. Itē cōtra yliacā paſſionē & colicā ualet ſucc⁹ ru
te cū parū pulueris eſule & mellis mutuo miſcen-
do & det̄ patiēti ī potu. Itē cōtra tenaſmonē deco
quat̄ ruta & taxuſbarbatus in uino & oleo & fiat
eukaciſma.i. ſeſſio ſup talē decoctionē calefactā.
Vinū etiā decoctiōis rute & abſinthi & corticis ta
mariſci uel floꝝ geneſte cōfert opilatiōi ſplenis &
epatis. Et ruta & anetū cocta ī uino & oleo & cata
plaſmata pectini cōfert ſtrāgurie & diſſurie. Item
ad mēſtrua ꝓuocāda & fœtū mortuū & ſecūdi-
nā educēdā det̄ triffera magna cū ſuccū rute. Itē
operat̄ ſucc⁹ ei⁹ ſolus ꝑ os dat⁹ aut peſſarizat⁹ cū
mirra. Et cōtra lipitudinē oculoꝝ & rubedinē pul
uis thuciē cū ſucco rute cōficiat̄. Cōtra uenenū bi
bitū uinū rute bibat̄. Et cōtra morſū aīaliū uene-
noſoꝝ ualet ruta emplaſtrata morſui. Et ſi qs fue
rit tot⁹ circūdat⁹ ruta uiridi ſecure poteſt accede-
re ad baſiliſcū īterficiēdum. Serapio auctoritate
Dyaſcoridis ruta ē de reb⁹ cōferētibus inflationi-
bus & uentoſitatibus & ipſa extinguit libidinem
& etiam prouocatiua urine & menſtruorum.





ROSMARINVS

¶ Roſmarinus calidus. & ſicc⁹. & ē frutex cuius
exeſſus ī qualitatib⁹ ꝑ Plateariū nō determinat̄.
Sed Pādecta autoritate meſue eſt ca. & ſic. in ter-
tio gradu. & ei⁹ ſūt plures ſpecies. Et uirtus omni
um ſpecieꝝ ē ſimilis ex hoc ꝙ reſoluit: mollificat:
abſtergit & incidit. Et ſuccus eius cum aqua mel
lis curat obſcuritatē uiſus quæ fit ex humiditate
graſſa. Emplaſtrum factum ex foliis roſmar: &

ſucci plãtaginis cõfert fluxui ſãguinis emoroida-
rũ.& idem ſedat ad apoſtemata calida ani & exte
nuat emoroidas egredientes & maturat ſcrofulas
& apoſtẽata difficilis maturatõis addita radice al
teæ. Et uinũ decoctiõis foliorũ roſmarini cũ ſcolo
pẽdria & boragine cõfert icterície. & qñ ſumit᷑ in
potu cũ uino addita paritaria cõfert torſionibus
uentris. Et uinũ decoctiõis eiꝰ & ſeminũ feniculi
& petroſilini & arthemiſis ꝓdeſt urinã & mẽſtrua
ꝓuocãdo. Et ſuccus eiꝰ expreſſus cũ aq̃ feniculi cũ
thucia miſcẽdo fit ĩde coliriũ qđ acuit uiſũ. Et ſe
mẽ eiꝰ qñ ſumit᷑ ĩ potu facit idẽ. Et qñ decoquit᷑
ipſa tota herba roſmarini cum calamẽto ĩ uino &
oleo & ungat᷑ ĩde corpus ꝓuocat ſudorẽ. & ſic cõ
fert ĩ ydropiſi. Et uinũ decoctiõis roſmarini & ru
te ualet ĩ epilẽtia addito paꝝ piperis. Et puluis ro
ſmarini cũ farina lolii uel furfuris cũ ſucco ebuli
& parũ aceti miſcẽdo ualet ĩ podagra. & qñ ablui
tur caput cũ aqua decoctiõis roſmarini & maiora
ne & floꝝ ſcicados cõfert cerebro & dolori capitis
Cõtra ſincopĩ det᷑ dyãthos cũ uino decoctiõis ro
ſmarini. Cõtra hũiditatẽ uue uinũ decoctiõis eiꝰ
gargarizet᷑ cũ parũ piretri. Cõtra dolorẽ ĩteſtino-
rũ ex uẽtoſitate det᷑ uinũ decoctiõis eiꝰ & cimini.
Ad mẽſtrua ꝓuocanda & ad conceptionem fiat
fomentum circa pudenda cum aqua decoctiõis
eius & melliſſe. Serapio.





## RAPA

℃ Rapa calida in ſecundo & humida in primo.
multũ plus aliis herbis nutrit. dure tamen eſt di-
geſtiõis. mollẽ & ĩflatã facit carnem ꝓpter ſui uẽ-
toſitatem & ĩflatiõem ideo augmentat ſperma &
ꝓuocat coitum. Et q̃to magis decoquãtur & me-
lius nutriunt. & nocumẽtum earũ aufertur & de
coqui debent cum carne pinguium. Item poda-
grici & artetici ſi fomententur ĩ earum decoctio-

ne dolorem ſedāt.Et uinum decoctionis ſeminis raparū domeſticarum ualet cōtra ſerpentis mor/ſum & tale uinū illinitū ſuper morſū ſerpentis ꝓdeſt.Item rapa iflat & ſemen ſeu ſeu ſperma ī homine generat.Item duæ ſūt ſpecies raparū ſcilicet domeſtica q̄ ſuperius dicta eſt.& agreſtis q̄ uocatur rapola ſecūdū Pādectā:cuius ſucus mirabili/ter herpetibus & fiſtulis īpoſitus medet᷑.& ſemē eius ē teriaca uenenis.Rapæ coctæ & comeſte nutriunt & generāt uentoſitates & incitāt ad libidi/nem & augent in ſpermate.Et decoctio raparum applicata ſuper podagrā & ſuper ſciſſuras quæ fiunt a frigore confert eis. Et quādo fit emplaſtrū cum rapa cōtrita cum ſucco ebuli facit ad idē. Et quādo fodiatur rapa una ad cuius cauatur amponatur cera liquæfacta cum oleo roſ᷑ & ponitur ſuper cineres calidos & calefiat multū cōfert ſciſſu/ris quæ fiunt a frigore. Item folia raparum cocta cum petroſilino & feniculo & boragine ī iure car/nium & comedantur prouocant urinam. Item ſemen rape pōit᷑ ī cōfectionibus teriacarū q̄ fiūt cōtra uenena.& ſemen rape agreſtis adminiſtrat᷑ in medicinis q̄ mūdificāt faciē corporis. ſ. cū farina lupinoꝝ & ceruſa ī aqua miſcēdo.Et ē alia ſpecies rape q̄ parue quādo comedit᷑ generat iflatiōes.& eius nutrimentū eſt minus alterius rape. Serapio/





RIBES

¶ Ribes eſt frigida & ſicca ī ſecūdo gradu.& eſt frutex cuius fructus ē rubeus & dulcis cū acetoſitate & ſtipticitate. & ex hoc contingit ꝗ īfrigidat ſtomachum & ab ſcindit fluxum uentris:uomi/tum & ſitim.& rob eius.i.ſuccus eius confert cor/diacis & uomitui & fluxui qui fiunt a colera.& ꝓuocat appetitū cibi ſua frigiditate.& ſuccꝰ eiꝰ ex/primit᷑ ex fructibus qn̄ terunt᷑ & coquit᷑ expreſ/

ſura illa donec habeat ſubſtantiam & talis ſuccus abſcīdit ſitim quæ accidit a caliditate & a colera: Et cōfert morbillis & bothar quæ fiunt in corpore ſicut ſunt uariale cum ſimilibus. Et modus ſirupi eius eſt ſicut ſirupus de berberis. & eſt frigidus & ſicc⁹ qui poteſt iſto modo fieri. Recipe ſucci ribes lb.i. ſucci boraginis quat. lb. ſeminis plātaginis: ſeminis citoniorum añ.ʒ.ii. cum parum aceti ad conſumationem tertiæ partis & colature addatur zucari albi quod ſufficit pro dulcoratione & fiat ſirupus conueniens calori febrili & fluxui uentris ex colera. ualet etiam contra peſtilentiā cū aqua acetoſe exhibendo & ſitim extinguit. Et ſtupefacit dentes eius ſuccus ori exhibitus. Et ſuccus ribes cum aqua plantaginis potatus confert emoroidibus & ebrietati. Serapio & Pandecta auctoritate raſ. ribes eſt frigida & ſicca ſtringit uentrem. & idem auctoritate Meſue: frigida eſt & ſicca i ſecundo gradu rob eius. i. ſuccus fructuum. Ribes eſt ſicut rob aceto ſitatis citri calorem colere & exuberantiam ſanguinis extingui. Et ualet apoſtematibus peſtiferis ſeu peſtilentiæ. Item ſuccus ribes cum puluere thucie mixtus acuit uiſum etiā ſuccus eius ualet dolori capitis ex frigiditate.





RVBEATINTORVM

℄ Rubiatintorum eſt calida & ſicca ī ſecūdo ſecundū plures autores. Sed ſecūdū Auerroim ī colliget ca. de rubeatinorū calidū ē & ſiccū ī tertio gradu. Et eſt duplex. ſ. domeſtica & ſilueſtris uel maior & minor. Maior eſt quæ maior habet folia. minor quæ minora habet folia & minoris uirtutis. habet uirtutē cōfortādi ſua ponticitate & diuretica ē ſua amaritudine. Cōtra debilitatē ſtomachi

& epatis ex relaxatione detur uinum decoctionis
eius & maſticis. Valet etiã emplaſtrum ſuper ſto
machum factũ ex puluere radicis rubeæ tinctorũ
& puluere galange & maſtice & oleo & cera ad mẽ
ſtrua prouocanda & fœtũ mortuum & ſecundi-
nam educendam cõfundatur radix rebeætincto-
rum cum melle ungatur & cum ſcãmonea ſẽper-
gatur & fiant inde peſſaria & immittatur matrici
& ualebit ad prædicta. Itẽ aqua decoctionis eius
ſi caput ĩde abluatur reddit capillos rubeos. Qui
dam propinant radices rubeætincture pulueriza
tas cum mellicrato ſciaticis necnõ paraliticis. Suc
cus eius auribus ĩfuſus dolorem aurium mitigat
cum ſulphure mixtus. Pandecta. Virtus etiam ra
dicis rubeætinctoꝶ mũdificat epar & ſplenem &
aperit opilationẽ eorũ & ꝓuocat menſtrua & uri-
nã groſſam prouocatione forti. & abſtergit abſter
ſiõe tempata omnia quæ ĩdigẽt abſterſione. ideo
cõfert morpheæ albe puluis radicis eius cũ pulue
re aloepatici & ſucco allei & parũ mellis inde un-
gendo morpheam. Et radix huius herbe eſt rubea
ſicut appellatur. & habet uirtutẽ prouocandi uri-
nam. Et quãdo bibitur ſuccus radicis cũ mellicra
to cõfert yctericie ſciatici & paralitici & facit mĩger
urinã multũ groſſã. & fortaſſis facit mĩgerẽ ſãgui
nẽ ideo ualet miſcere maſticẽ. Serapio capi. eodẽ.





SOLATRVM

Solatrum eſt ſiccũ ĩ ſcdo. & ſunt quattuor ſpe
cies. una earũ comeditur alie uero non. & illa quæ
comeditur eſt domeſtica & eſt herba non magna
habens ramulos plurimos & folia eius nigra ſimi
lia foliis baſeliconis & habet ſemen rotundũ cu-
ius color eſt uiridis & niger: ſed qñ maturatur fit
rubeũ & qñ frãgitur inuenit᷑ ĩ eo humiditas mul
ta & granula ſũt ſemina eius & ſapor eius eſt ſtip

ticus & ẽ cõpoſitũ ex uirtutib⁹ cõpoſitis uult ĩnue
re.Serapio quia ĩ eo ſũt duæ ſubſtãtiæ.ſ.terrea &
aquoſa.Et qñ fit emplaſtꝝ ex foliis ſolatri & lap
pacio acuto cũ aceto & ſale factũ reſoluit apoſte/
mata & curat ſcabiẽ ulceroſã & pruritũ ei⁹.Et idẽ
ualet ĩflatiõi ſtomachi.& ſuccus ſolatri ualet do/
loribus capitis ex cã calida ab extra applicãdo. Et
ſucc⁹ ei⁹ miſceat᷑ cũ ceruſa & litargiro & oleo roſa
rũ & parũ aceti cõfert eriſcipile & aliis apoſtemati
b⁹ multũ ignitis.& qñ idẽ miſcet᷑ cũ pãe ualet ſca
biei ulceroſe.& qñ fit peſſariũ cum ſucco ſolatri &
plãtaginis & puluere boliarmeni cõfert curſui hu
miditatũ matricis.Et cũ ſucco ſolatri & ſucco ſco
lopẽdrie cũ zucaro fit ſirup⁹ cũ clarificatiõe cui ad
dẽdo reubarꝝ & maxĩe cõfert opilationi ſplenis &
epatis.Vel qđ meli⁹ ẽ.R.ſucci ſolatri.ʒ.3.reubar.
ʒ.i.ſpice.ʒ.ſ.zucari.ʒ.ſ.terẽda terãt᷑ & tepide am
miniſtret᷑.Et contra calida apoſtemata ſtomachi
uel epatis uel ĩteſtinoꝝ cõfert ſuccus ſolatri cũ aq̃
ordei & multũ approbat᷑. Idẽ ualet cõtra calefa/
ctionẽ epatis pecia panni ĩtincta ĩ ſucco eius ſepe
applicata regiõi epatis ꝓdeſt.Idẽ fiat cõtra colicã
& podagrã.uel ipſa herba trita cũ oleo uel aq̃ roſa
rũ deſuꝑ põat᷑.cõtra calida apoſtemata ĩ prĩcipio
cõfert ſolatrũ cũ aceto cõtritũ ꝓ repercuſſione &
ſolatrũ raro pro alimento ſumitur ſed ut medici/
na gratia infrigidationis.Pandecta.Serapio &c.





SPINACHIA

❡ Spinachiã ẽſt frigida & humida ĩ fine primi
gradus.Lenire habet uẽtrẽ & cõfert dolori pecto/
ris & pulmonis & doloribus qui fiunt a colera &
ſãguine.Et nutrimẽtũ attriplicis & ẽ operatio ſpi
nachie ꝓpe opationẽ attriplicis.& in ipſis ẽ uirt⁹
abſterſiua:lauatiua.& uincunt coleram.& come/
duntur in oleribus uel bulliantur cum carnibus re
centibus. Conferunt etiam doloribus dorſi uitio

ſanguinis & eſt lenitiua uentris. & fortaſſe reſtrin
gunt ſtercus a iure eorum ergo auferantur ſpina-
chie a fure ſuo & ſi comedantur conferunt anhe-
litui & pectori & pulmoni calido. Item ſpinachia
ingreditur optimum genus olerum tempore con
ſtipatiōis uentris quod notāter poteſt ſumi tem-
pore æſtatis & fit iſto modo. Recipe ſpinachie &
bletes & atriplex & lactuce: borago quæ oīa buliā
tur maxime in iure carnium recentium & multū
conferunt ad p̄dicta accidentia. Sed ubi eſt ma-
ior intentio infrigidationis ī corpore exuberanter
calido poſſunt addi portulace. & ubi eſt maior in
tentio lubricationis præcipue ī corpore multū cō
ſtipato ex calore addatur mercurialis cū uuis paſ
ſulis. In hieme uero cōferūt olera facta ex naſtru-
tio aquatico: petroſilino & urtica minori & feni-
culo & ſpinachia qđ omni tempore poteſt ſumi
& nunq̄ expedit corpori temperato ꝙ herbe cru-
de ſumantur exceptis lactucis & portulacis & bo
ragine temporibus feruidis ad cōpeſcendum ſan
guinis feruorem & eſtuatiōem ī ſtomacho & epa
te. Et frequens uſus olerum non confert ut patet
per Auerroim. v. colliget. omnia olera generāt me
lancoliam dempta lactuca & boragine.





SILERMONTANVM

¶ Silermontanū. i. ſiſelios calidum & ſiccū in fi-
ne ſecūdi gradus ſm̄ pandectā & Auicennā: Vir-
tutem habet incidēdi humores flegmaticos uiſco
ſos & congelatos. & ꝓpter hoc aperit uias omnes
& cannales opilationes & prouocat urinam & mē
ſtrua. Et confert aſmati & omnibus egritudini-
bus flegmaticis. Et ſemen ſileris montani poni-
tur in medicinis. Virtutem habet diureticam.

Vinũ decoctionis ſeminis eius confert cõtra ſtrã
guriã & diſſuriã & cõtra opilatiões ſplenis & epa
tis:renũ & neſice. Et puluis ſeminis ſileos cum fi/
cubus ſiccis mixtus confert ad idem. Fumigatio
etiã facta cũ herba ſileris mõtani & abrotano mẽ
ſtrua prouocat & ualet contra franguriã & diſſu
riam. ipſe herbe ĩ uino cocte pectini emplaſtrata
ſtranguriã ſoluit. Et uinũ decoctionis ſileris mon
tani & radicis yreos confert in aſmate & epilẽtia.
Et Serapio auctoritate Dyaſcoride. Virtus eius ẽ
calefactiua ſcilicet radicis eius & ſeminis. Et quã/
do ſumitur uinũ decoctiõis eius ꝓuocat urinã &
coartationi anhelitus cõfert & ſuffocationi matri
cis. & ĩ prouocãdo mẽſtruum expellit fœtũ & idẽ
etiam confert tuſſi antiquæ & debilitati digeſtio
nis & torſiõibus uentris & debilitati epatis. & qñ
ſumitur ex ſemine eius aut radice eius in uino &
pipere præſeruat & defendit hominem a frigore
aeris. & propter hoc cõfert itinerantibus ĩ hieme.
& quãdo homines & alia animalia de hac planta
comedunt tẽpore coitur eorũ cõfert eis ſtatim ad
prægnandum. Pandecta. Serapio. Auicenna. Vi/
num decoctionis radicis eius. & ſeminis confert ĩ
dolorem dorſi. Et aqua decoctiõis eius & roſ ua
let inſoda ideſt dolore capitis.





SINAPIS

¶ Sinapis ẽ calida & ſicca ĩ qrto gradu. Et eiꝰ du/
plex ẽ ſpecies. una ẽ cuius ſemina exterius ſũt ſub
nigra:ĩterius uero alba. Alia cuius ſemina exteriꝰ
ſũt alba & habẽt unã uirtutẽ ſed prima ſpecies eſt
acutior ſecũda. Et ẽ eligẽdũ illud qđ nõ eſt nimis
ſiccũ nec extenuatũ & fit granũ groſſũ & frãgit̃ ẽ
albũ. Virtus foliorũ ẽ ulceratiua ꝓpter hoc pũgit
multũ quãdo teritur & miſcetur cũ radice enule

puluerizate & dimittat᷑ per horā & cōfert ſciatice
ulceroſe. Et qn̄ miſcet᷑ cū oleo lauri & ī de linit᷑ ſca
bies ulceroſa anat eā. & idem cōfert dolori ſplenis
& aufert etiā maſculas unguiū. Et qn̄ radix eius
ſuppendit᷑ collo paciētiū dolorem dentiū ꝓdeſt.
Et habet etiā uirtutem attrahendi & cōſumendi
ſuperfiuitates cerebri qn̄ maſticat᷑ uel fiat garga/
riſmus cū puluere eiꝰ & piretri & ziciberis an. pon
dere cū melle roſaꝝ & aqua plātaginis miſcendo.
Idem cōfert apoſtemati oris & ī caſu uuule. Et qn̄
fit ex ſemine ſinapis & uitello oui parū ſalis un/
guentū ualet ad ſcrofulas. Et puluis eius mixtus
cū zincibere naribꝰ apoſitus cauſat ſternutionem
& ualet ī epilentia & litargia. qa exitat eos talia pa
tientes. Etiā quādo fit emplaſtrū ex eo ſemine ru
te & eius oleo cōfert in litargia capiti applicādo:
pilis prius abraſis. Et᷑ ſemen ſinapis cū ſucco abro
tani mixtus ualet ad alopiciam & ad dolores anti
quos ſcilicet ſplenis & ſciatice paſſionis: quia tra/
hit materiam ad exteriora & conſumit eā. Et quā
do miſcetur eius ſemen cum ceruſa & melle & aq̄
diſſolutionis furfuris tritici mūdificat faciei ma
culas. Et ſemen eius coctum cum aceto ualet ad
ſcabiem ulceratam. Et aqua decoctionis eius ua/
let febribus perioticis ſiue interpellatis. Pādecta.
Auicenna.





SQVINANTVM

¶ Squinantum dicitur palea cameloꝝ: qa camel
li eam herbā comedūt calidum & ſiccū ī ſcdo. Pā
decta & Auicenna. In arabia reperit᷑. Eligēdū ē ſu
balbidū. & qd᷑ durū exiſtit circa ſtipitem abiciat᷑.
Virtutem habet purgādi flegma pricipaliter nō
qd᷑ per ſe pōitur ſed cū purgātibus flegma ut po/
lipodio eſula &c. In ipſo eſt ſtipticitas q̄re cōfert
ī fluxu ſanguinis īteſtinoꝝ renum. Et quādo bi/

bitur uinũ decoctiõis eius cũ polipodio & ſucco ſumiterre cũ zucaro miſcẽdo cõfert ĩ ydropiſi de frigida cã. Et uinũ decoctiõis eius cũ pipere ualet ĩ ſpaſmo & dolore lacertoꝝ. Cõfert etiã in dolore matricis uitio eius nimie lubricationis fiat ex ipſo & plãtagine & burſapaſtoris cũ uino eukaciſma. Et ſquinantũ ẽ herba ſimilis cipero & reperitur in pratis. Et fortaſſis ex eo tota herba ubi naſcitur & quãdo deſiccatur fit albũ. Et quod ex ipſo ammi niſtrat ſũt folia: flores & radices. Auicẽna dicit ꝙ ſquinãtũ ẽ duarũ ſpẽrum. una eaꝝ eſt q̃ nõ habet fructũ nigrũ ſed apparet ut cauda equina. Aliud ẽ arabicũ & ẽ bõi odoris & ẽ maioris eff catie. Squi nãtũ ĩ uĩo decoctũ cũ arthemiſia & cathaplaſma tũ pudẽdis menſtrua educit: ſtrãguriã & diſſuriã ſoluit. Et prouocat urinam uinũ decoctionis eius & ſeminis feniculi. & in radice eius ẽ ſtipticitas & ꝑpter hãc ſtipticitatẽ amminiſtratur in fluxu ſã guinis. Serapio. Flos eius eſt pauce ſtipticitatis ca lefactiuus. mollificatiuus: frangens lapidem ape ritiuus orificiorum uenarum. prouocatiuus uri ne & menſtruorum & reſoluit inflationes. & con fert ſputo ſãguinis & dolori ſtomachi. Et oleum ſquinanti prodeſt in pruritu. Auicẽna. Squinãtũ eſt ſtipticum qua propter confert eius flos fluxui ſanguinis undecunq; fit. Pandecta.





SERPENTARIA

❡ Serpẽtaria. i. dragũtea maior calida & ſicca. her ba ẽ cuiꝰ radix uſui medicĩe cõpetit cexceſſus eius nõ determinat ab autoribꝰ. Serapio. ſed Pãdecta auctoritate Serapiõis. ca. de Iuſſ. i. dragũteæ dicit ꝙ dragũtea ẽ maior & minor. Maior ẽ q̃ uocat ſer pẽtaria qa hẽt ueſtigia ĩ modũ ſerpentis uel qa ue nenũ ſerpẽtis fugat. Sȝ minor ẽ illa q̃ uocat aarõ: & ẽ illa q̃ hẽt folia plana. Pãdecta ẽt auctoritate Galieni. vii. ſimpliciũ ca. de ſerpẽtaria. ſubſtãtia ra

dicis ei⁹ ſubtilior ē ſubſtātia radicis aarō & ī ſapo
re ei⁹ ē acuitas & amaritudo & ſtipticitas pauca.&
ē calidū & ſiccū ī primo. Virtutē hēt diſſoluēdi &
mūdificādi. Et ſucc⁹ ei⁹ mixt⁹ cū aq̄ roſ & cū parū
ceruſe & ī ſole tēperet̄ & īde facies pungat̄ ipa enī
clarā reddit & pānū eius depōit. Et ꝓdeſt fiſtule
puluis radicis ei⁹ cōficiat̄ cū ſapōe & fiſtule īpōa
tur foramē ei⁹ dilatat ītātū ꝙ os fractū ſeu putre
factū extrahi poſſit. Itē cōfert ēt cācrū iſto mō. R.
pulueris ſerpētarie duas partes & tertiā partē cal/
cis uiue miſceāt̄ cū parū uini uel aceti ī modū pa
ſte ī teſta ſup carbōe exiccet̄ & puluis inde factus
cācro ſuppōat̄ cācrū corrodit mūdificat & currat.
Ad apoſtema maturādū & rūpēdū & ad mēſtrua
ꝓuocādū folia uiridia cū oleo cocta cathaplaſmē
tur ſup apoſtemata.& ſuppoſitoriū īde factū ꝓ/
uocat menſtrua. Serpētīa habet q̄dē aliqd ſimile
aaron tā ī foliis q̄ ī radice ſed acrius ē eo & amari/
us ideo magis calefactiuū. Et radix eius expurgat
uiſcera oīa groſſos humores & fiſcoſos ſubtiliat:
ideo uinū decoctionis eius & ſcolopendrie mun
dificat & aperit opilationes ſplenis & epatis & re
nū qa ſubtiliat humorē groſſos. Pandecta. Sed al
bertus de uirtutibus herbaꝝ dicit. ſerpētaria cū tri
folio inhumata generat ſerpentes rubeos & uiri/
des de quibus ſi fiat puluis & ponatur in lampa/
deard entes uidebitur copia ſerpentum.





## SATIRION

Satirion. i. teſticulus uulpis ē calidus & humi/
dus in prīo. habet folia ſimilia foliis lilii albi & ēt
in floribus cōuenit.& quod de ipſa amminiſtra/
tur eſt radix quæ dulcis eſt.& in humiditate eius
ē inflatio ſuperflua gratie cuius incitat ad libidi/
nē. Et uinū decoctionis radicis eius incitat ad libi
dinē. Et radix eius elixata cū carnibus recentibus
uel aſſata magis conuenit ad carnis libidinem. &

Dyaſcorides dicit capitulo Orchis.i. ſatirion.qđ
ſi uir comedat maiorem partem radicis ſatirionis
generat maſculos.& ſi minorē partē genera fœm.
Et mulieres partiū Italie dāt eā radicē triā cum la
ᵭte caprino ad ĩcitandum libidinē. Virtus etiā ra
dicis eius ē quæ reſoluit apoſtemata ĩflata quādo
ponit̃ ſup ea decoctio radicis cum oleo.Et ei⁹ ſuc
cus cū melle roſarum mundificat ulcera ſordida
& apoſtemata fraudulenta putrida curat & eriſi
pilā quæ ē defedatio cutis uicō ſanguinis colerici.
& in ipſa eſt ſtipticitas ideo retinet parum uentrē
quādo bibitur præcipue alia eius ſpecies quæ ſi-
mili modo apparet : ſed illa ſpecies habet florem
purpureum. & illa ſpecies trita cū ſale aperit emo
roidas.Ei quando amminiſtratur ſicca prohibet
dilatationem ulceꝝ & abſcindit putredinem eo-
rum & curat ulcera fraudulenra quæ ſunt in ore.
Sed eſt alia ſpecies ſatirionis quæ uocatur palma
chriſti cuius folia ſunt ſimilia foliis prime ſpeciei
ſatirionis ſed ſunt graciliora cum nigris maſculis
quæ uenenis reſiſtit quam ſi quis penes ſe habue
rit a maleficiis & uenenis ſecurus erit . Pandecta.
Et illa ſpecies eſt calida & ſicca in ſecūdo . & eſt ei
proprietas mundificandi cutem & confert mem
bris neruoſis.Pandecta auctoritate Auicenne.





SCICADOSCITRINVM

℃ Scicadoſcitrinū ē abſintheū marinū calefacit ĩ
ſecūdo gradu & deſiccat in tertio: hn̄s minutū ſe-
mē ſimile ſemine herbe quæ dicitur abrotani.&
ē plena ſemĩe & hēt folia ſtricta & nō ē ita amara
ſicut abſintheū & hēt odorē grauē & nō ē tāte ſti-
pticitatis ſicut abſintheū:ſed uirtus ei⁹ ē diuerſa a
uirtute abſinthei.nā ē mala ſtōacho & occidit uer
mes ĩ uētre pluſq̃ abſintheū qn̄ apponit̃ extra &

quãdo recipit̃ ab ĩtra. Et quãdo ſumit̃ cũ melle ĩ
terficit uermes & ex expellit eos cũ laxatiõe leni &
quãdo coquit̃ cũ lẽtibus & bibit̃ facit idẽ. Virtus
etiã ſcicadoſcitrini ẽ ĩſciſiua reſolutiua uẽtoſitatũ
Et eius cinis cũ oleo eius uel oleo amigdalino lini
tus cõfert alopicie. & eius oleũ facit naſci barbã q̃
tardatur. Et eius oleũ ꝓhibet herpoſtimenũ & car
cũculos. Itẽ obtalmiã ualet uapor decoctiõis eius
ĩ aqua roſ & reſoluit eã. Cõfert difficultati anhe/
litus uinũ decoctionis eius. Itẽ decoctio eius & ab
ſinthei ĩ aq̃ & exibeat̃ cũ parꝫ mellis extrahit uer
mes & aſcarides & ĩterficit eas. Et uinũ decoctiõis
ei⁹ cũ arthemiſia & ſemĩe petroſilini prouocat uri
nam & menſtrua. Et eius oleum confert frigori ri
goris febrilis pulſuum manuum & pedum ante
oram rigoris inde ungendo. Idem oleum confert
puncture ſcorpionis aut aliorum animalium ue/
nenoſorum. Item uinum decoctionis eius & dra/
ganti ſpiritualia calefacit membra miſcendo cum
parum zucari propter eius amaritudinem. Idem
ualet contra ſtranguriam & diſſuriam & ad opila
tionem ſplenis & epatis addẽdo ſcolopendriam.
Item cum infirmus ſurgit ab infirmitate ad ner/
uorum confortationem ualet aqua decoctionis
eius lauendule.





SCICADOSARABICVM

¶ Scicadoſarabicũ ẽ calidũ & ſiccũ ĩ tertio gradu
Pandecta. Sed ſm Io. meſue capitulo de ſcicado/
ſarabico ẽ calidũ in primo & ſiccũ in ſecundo. & ẽ
compoſitum ex partibus terreis frigidis dantibus
ei ſtipticitatem paucam & ex partibus igneis ſub/
tilibus a quibus in ſunt ei acuitas & amatitudo.
ſed acuitas plus ẽ ſua amaritudine & amaritudo
plus eſt ſtipticitate ipſius propter quod eſt ſub/

tiliatiuũ:reſolutiuũ apituũ opilationũ:abſterſiuũ
& reſolutiuũ nature & ẽ pſeruatiuũ ꝓhibẽs a pu-
trefatiõe.& ẽ ex parte ſtipticitatis pauce cõfortati
uum cordis & cerebre & neruoꝝ & uiſceꝝ. Et ꝓhi
bẽdũ ẽ habẽtib⁹ colerã ĩ ſtomacho:cõturbat enim
eã ĩducẽs ſitĩ & uomitũ & ẽ eſtuationẽ laborioſã.
Et ẽt colericis obeſt. Et ẽ ex debiliter ſoluẽtib⁹ pro
pter qđ miſcẽdũ ẽ ei ſal gẽma aut mirabolani indi
ſeu kebuli magnificãt enĩ opationẽ ei⁹. Et ſcinca-
dos arabicũ ſolutiõe educit melãcoliã & flegma.
mũdificat cerebrũ & neruos & mẽbra ſẽſuũ & ꝓ-
prie ĩ egritudinib⁹ capitis. Effuſio floꝝ ſcicados
arabici.ſ.õʒ.ɔ.uel.õʒ.i.ĩ aq̃ caſei cũ uuiſpaſſulis ad
ditis mirabolãis nigris uel kebulis .ʒ.ii.ſtet ĩ fuſio
ne p noctẽ colet᷑ & colature addat᷑ dyafeniconis
uel dyaſene.ʒ.i.caſſ ſiſtule.ʒ.ii. miſce & fiat hau-
ſtus cõueniẽs pſolutiõe hũorũ ut ſupra. Et fomẽ-
tatio facta ex eo & maiorana & ſpicaceltica cũ aq̃
decoctiõis ei⁹:uel lotio capitis cõfert egritudini-
b⁹ frigidis capitis. Et oleũ ſcicados ara.cõfortat ce
rebꝝ & neruos & os calefacit & uiuificat.& euapo
ratio decoctiõis ei⁹ apit opilatiões nariũ. Et uinũ
decoctiõis ei⁹ & ſcolopẽdrie cũ ſqlla ẽ medicĩa bo
na ĩ opilatiõe ſplenis:epatis & uiſceꝝ & ẽ ſedatiuũ
doloris lacertoꝝ & neruoꝝ & iuncturarũ ſm om
nem modum adminiſtrationis. Meſue. Serapio.





SPARGVS

¶ Spargus calide & ſicce cõplexiõis. habet uirtutẽ
aperitiuã opilationũ ſplenis & epatis & renum.&
habet etiã uirtutẽ abſterſiuã & ꝓprie ſemẽ eius &
radix. Et quãdo decoquitur radix eius & bibitur
decoctio ipſius cõfert ſtrãgurie & ycterície & ſcia
tice paſſionibus in uino decoquendo. Et quando
ex decoctione eius cũ uino addito piretro fit mix
tio & inde abluatur os cõfert cõtra dolorẽ dẽtiũ.

Et quādo elixatur una una elixatiōe ſeu ebulitiōe
& comeditur mollit uentrem & prouocat urinā.
& quando oquitur in uino prodeſt decoctio eius
morſui animalium uenenoſorum. Et ſemen eius
quando bibitur facit operationes radicis. & dicit̃
ꝙ elixatura eius occidit canes. & dicunt aliqui ꝙ
quādo cornua arietum ſepeliuntur in terra naſcū
tur inde ſpargi. & ꝓpietas eius eſt remouere dolo-
rem lumborum qui fit a flegmate & uentoſitate.
& etiam remouet dolorem colice paſſionis. quia
mollificat uentrem. & ſi homo utitur eo multum
facit nauſeam. Radix & ſemen ſpargi ſunt diure-
tica modicum nutrimenti habentes & non bene
digeruntur. Eſt etiam abſterſiue uirtutis nō tamē
calefacit manifeſte neq; infrigidat ideo tamen re
num q̄ epatis opilatiuus eſt magis ſemen & radi-
ces q̄ herba. Pandecta & Serapio. Et ſecūdū Pla-
tearium ſpargus eſt calidus & ſiccus in tertio & ſe
men & radix aſui medicine competūt. & extremi
tates ſpargorum ante productionem ſeminis cū
carnibus elixate. uel cum ſola aqua nalent contra
ouilationē ſpleniſ & epatis & contra ſtranguriā &
diſſuriā. & ſimiliter cōtra dolorem ſtomachi & in
teſtinorum & contra yliacam paſſionem. Itē uni
uerſaliter aqua decoctionis ſeminis eius ualet ad
prædicta. Et ſemen eius per annum ſeruatur.





SAVINA

¶ Sauina calida & ſicca ī tertio gradu. ſolū folia
medicine cōpetūt. Vinū decoctiōis eius ualet con
tra dolorē ſtomachi & inteſtinorū & yliace paſſio
nis & contra ſtrāguriam. Et ſauina cocta cum ſe-
mine aneti & foliis altea in uino & cathaplaſma-
ta ſuper pectinem ualet contra ſtranguriam & diſ
ſuriam. & inde prouocat urinam ſedando dolo-
rem ueſice. Eſt enī ſauina dyaforetica & diuretica

fomentatio ex ea facta ex aqua decoctionis eius uel uino ualet cōtra prædicta.ſ.prouocādo urinā & menſtrua & ſecundinā educit decocta in oleo. & contra tenaſmon ex frigida cauſa decoctio ī uino & aceto cū taxobarbato miſcēdo & fiat eula-ciſma id eſt ſeſſio ſuper talem decoctiōem & multum ualebit. Pōitur etiā ſauina puluerizata cum ſulphure & litargiro & ſucco lappacii acuti & parū axungie porci & fiat unguentum contra ſcabiē ulceroſam ſeu ſauioſam Vapor etiam decoctiōis ſauine & bethonice in uino decoquendo prodeſt aduerſus reuma frigidum per nares ſumendo. Pādecta. Item uirtus etiam ei⁹ diſſoluit & diſpergit putredinem ulcerum putredorum malorum corrodentium antiquorum. & ſuccus eius cum melle mixtus mundificat ulcera melancolica ſordida & aufert eriſipilam. & propter cauſam ſuæ ſubtilitatis prouocat mēſtrua plus omni alia medicina. Et eius uſus nimius facit migere ſanguinem & interficit fœtum uiuentem & expellit mortuum. Serapio. & folia eius contuſa cum aceto prohibet dilatationem ulcerum corrodētium & ſedat apoſtemata corroſiua. Et aqua decoctionis eius cū ceruſat aufert liuorem cutis & aufert eſcaram factam ex igne.





## SEMPERVIVA

Semperuiua ē herba ſic dicta qa ſēper uiridis: frigida ē ī tertio gradu cū ſiccitate pauca. Et uiridis ē multe efficacie & in medicinis nō pōitur exiccata. Virtutē habet īfrigidādi & alterandi cathaplaſmata cū aceto uel agreſta mixta ſuper mēbra multū calefacta & apoſtemata calida quia extinguit calorē extraneū & ſedat dolorem factū ex cā calida cuiuſlibet membri in principio applicādo

gratia repercuſſionis materiei licet poſtmodū ab/
ſit inſpiſſando materiam. Cōtra combuſtionem
aquæ uel ignis fiat unguentū ex ſucco eius & oleo
roſ & paꝝ cere ſed nō debet poni in primis tribus
ſed calida ponantur ut fumoſitatis fiat euapora/
tio.unde prius ïungamus ſapōe & ſimilibus.poſt
tertium uero diem inungimus unguēto ut ſupra
ad liniēdum. Item ſuccus ſemperuiue uel eius aq̄
confert fluxui ſanguinis narium ungendo fron/
tem:timpora & guttur & epar miſcēdo parum ſā
dali rubei. Et experimento habetur ꝙ multum ua
let notanter fluxui narium prouenienti ex ebuli/
tione ſanguinis ī iuuenibus & epate calefacto. Et
ſunt duæ ſpeties ſcilicet maior quæ ut plurimum
naſcitur in locis edificatis ex lateribus quidam fa
ciunt eam naſci in domibꝰ ſuis ſupra tectum. Sed
minor ſcilicet uermicularis naſcitur in muris & in
locis petroſis.& ſubſtātia eius eſt aquoſa & ſapor
eius ſtipticus.Cōfert etiam ſuccus eius eriſipile &
apoſtematibus multū calidis quæ dilatātur ī cor
pore. Item ſemperuiua cocta cum radice planta/
ginis poſita ſupra podagram confert & ſedat do
lorem eis. Item ſuccus cum aceto confert in plaga
ſancti antonii. Serapio.





SQVILLA

¶ Squilla ē calida & ſicca ī tertio gradu & dicitur
cepe muris qa mures interficit. Eſt enī cōpoſita ex
igneis partibus in ſuperficie dantibus ei acuitatis
uehementiam & ex partibus terreis aduſtis danti
bus ei amaritudinem & ex partibus aereis danti/
bꝰ ei de dulcedine aliquid. Eſt enī īciſiua & ulce
ratiua:aduſtiua:reſolutiua materierū. attractiua
ad exteriora. ſubtiliatiua partium groſſarum & ui

ſcoſarũ a putredine cõſeruatiua. & rectificatur cũ aſſatiõe & præpat̃ cũ aceto ut materias groſſas & adherẽtes ſubmerſas facile poterit expellere. & meli'ẽ ꝙ cepa ſqlle aſſet̃ uel coquat̃ & poſtea amminiſtret̃ & ſic minuet̃ fortitudo & acuitas ſuæ uirtutis & aſſata habet multa & maxĩa iuuamẽta. Et aſſat̃ ĩter prũas uel ĩuoluat̃ paſta uel luto ĩ furno donec coquat̃ deĩde extrahat̃. & acetũ ſqlliticũ ſic fit: cepa ſquille ſcĩdat̃ ĩ lamĩas & cũ filo ſeparatũ affigãtur & ſiccẽtur ĩ umbra. xl. dieb⁹. poſt ea ſumat̃ quãtitas uni⁹ mãipuli & ponat̃ ĩ uaſe uitriaco & ꝓiciatur deſup acetũ fortiſſimũ & põatur in ſole. xl. diebus. Et cũ aceto ſquillitico fit ablutio oris & reſtrĩgit gĩgiuas laxas & cõfirmat dẽtes cõmotos & aufert putredinẽ oris & ellixatura ſquille ꝑpata cũ melle in potu amminiſtrata fortificat trabeã arteriã & clarificat uocẽ & cõfert ad debilitatẽ ſtomachi & ad maliciã digeſtiõis & opilatões ei⁹ & ad melãcoliã & apoplexiã & epilẽtiã & frãgit lapidẽ ueſice & cõfert ſuffocatiõi matricis & apoſtematib⁹ ſplenis & ad ſciaticã & meliorat colorẽ & acuit uiſum. & ei⁹ ſuccus ꝓiciatur ad aurem & cõfert grauitati auditus. Et uniuerſaliter ualet oĩbus egritudinibus corporis præter q̃ ulceribus intrinſecis. & confert in ydropiſi & yctericie & ſtrangurie & paraliſi. Auicenna. Pandecta. Serapio.





SAMBVCVS

¶ Sambucus ẽ calidus & ſiccus ĩ tertio gradu: ẽ quoddã diureticã ideſt aperitiuũ & dyaforeticũ. i. ſudoris ꝓuocatiuũ. Folia ſambuci humida nõ ſicca qñ cõtuſa cũ aceto & ſale ponunt̃ ſup empetĩginẽ ideſt malã ſpeciẽ ſcabiei & pãnũ faciei multũ cõfert & reſoluit omnẽ ſuperfluitatẽ cutis. Idẽ aqua dacoctionis eius cũ ceruſa & odor floꝝ ſambuci ĩducit ſodã. i. dolorẽ capitis illoꝝ q ſunt cali

de cōplexiōis, & ſi tales odorēt nimiū de eo incur
runt fluxū ſanguinis nariū. Et uinū decoctionis
eius & lauendule confert in catarro & oībus abun
dātibus flegmate ſalſo & ſenibus frigide comple-
xionis & cōfert doloribus q fiunt ex flegmate ui-
ſcoſo. folia uel flores ſambuci & folia alteæ cū ui
no cocta & emplaſtrata prodeſt. Et oleū florū ſā
buci cōfert egritudinibꝰ frigidis in neruis. & odor
eius licet cauſet dolorē capitis uerūtamē cū hoc re
ſoluit ſodā factā a flegmate quādo odoratur. &
facit poſſidere rubedinē ī facie multitudo odora
menti eius. Et folia eius quādo coquuntur cum
aliis oleribus laxat flegma. Similiter ſumitates ra
morum elige & comeſte faciūt. Radix uero eius
per ſe uel cum radice ebuli in uino cocta & datur
ydropicis miro modo confert. Et quando coqui-
tur in aqua cum arthemiſia & fiat eubacisma in
quo ſedet mulier laxat duriciem matricis & dila-
tat orificium eius & mundificat eam & ſecundi-
nam expellit. & eſt bonum combuſtioni ignis &
morſui canis ſuccus eius. Et ſuccus eius denigrat
capillos & conglutinat ulcera concaua & fiſtulas.
& ex ſucco eius & ſepo ircino adddito ſucco alteæ
confert podagre. & ſuccus eius immiſſus auri ſe-
dat tinitum eius & occidit uermes in eis. Serapio.
Pandecta.





## SALIX

❡ Salix ē frigide & ſicce cōplexionis ī prīo gradu.
Virtus folioꝝ & corticū & fructus ſalicis & ſucci
eiꝰ ē ſtiptica. Et quādo bibūtur folia eius cū uino
& pipere conferunt colice paſſioni. Et quando ſu
mitꝰ aqua decoctionis eius prohibet īpregnatio
nem. Et aqua decoctionis fructus eius confert
ſputo ſanguinis quando bibitur. Et cortex eius ſi
militer hoc facit. Et decoctio eius adminiſtrata

ſup pedes podagricoꝝ cõfert eis multũ. Idẽ mũdi
ficat furfures capitis lixiuiũ ĩde factũ. Et aq̃ ſeu
hũiditas reperta ĩtra corticẽ abſtergit oculũ & au
fert tenebroſitatẽ eius. Itẽ ſuccus ſalicis glutinat
uulnera recẽtia. Et ſuccus eius cõfert fluxui ſãguĩ
nis. Item cinis ſalicis. ſ. corticis eiꝰ ẽ exiccatiuꝰ mul
tũ ĩ oĩbus ĩ quibus medicus ĩdiget exiccatiõe. Itẽ
ſuccus eius cũ aqua plãtaginis multũ cõfert ĩ diſ
ſinteria. Et ſuccus folioꝝ ſalicis cũ aceto remouet
uerucas & nodos & puſtulas ĩ corporẽ genitas. Itẽ
ſuccus eius cõfert ĩ dolore auris. uirtus fructus &
folioꝝ ẽ ſtiptica ſine pũctiõe & diſiccat exicatiõe
oculta. Et ex aqua decoctionis folioꝝ ſalicis & cor
ticũ eius & plantaginis cũ boloarmeno fit cliſte-
re illi qui egerit ſanguinẽ & ſuccus eius mittitur ĩ
aures ex quibus emittitur ſanies. & ſuccus eius cõ
ſolidat & conglutinat ulcera magna. & operatio
in hiis rebus eſt fortior quando bibitur cum ui-
no ſtiptico nigro. & quando ex foliis recentibus
eius ſolis fit emplaſtrum confert fluxui ſãguinis
undecũq; exeat. Et ſuccus foliorum eius cũ aqua
endiuie cum parum zucari albi ualet contra ca-
lorem febrilem in potu exhibitus. Item aqua eius
ualet contra yctericiam. & opilationẽ epatis. Item
folia eius incubili ſperſa febricitantes refrigerant.
Auicenna. Serapio.





## SAXIFRAGA

¶ Saxifraga calida & ſicca ĩ tertio. ſic dicitur. q̃a
ſaxum frangit. Virtutẽ habet diureticam & diſſo
lutiuam. lapidem frangit in renibus & ueſica. Va
let etiã cõtra ſtranguriam & diſſuriam & uitiũ la
pidis. Vinum decoctiõis ſaxifrage & ſeminis feni
culi. petroſilini. miliiſolis cõfert multũ talibus di
ſcraſiis iã dictis. Idẽ ualet ↄtra colicã & yliacã paſ
ſiones. Et puluis ſaxifrage ĩ ouo ſorbili exhibitus

contra ſputum ſanguinis.Et ſemen eius ualet contra aſpe-
ritatem gutturis & lenit pectus ſeu cannam pulmonis. Ad
idem prodeſt ipſorum muſcilago.Et citonia ualent contra
uomitum & ſitim ſedant & contra ebrietatem ualent. Et ſi
rupus citoniorum confert ad eaſdem paſſiones.& pira ua-
lent ſimiliter licet remiſſus.

Capi.xxxi.

Aparis ca.eſt & ſic.in ſecundo gra.Radix cortex fo
c lia fructus & flores conferunt uſui medicinæ.Virtu
tem habent confortandi appetitum infrigidatum
ſtomachum calefaciunt. Contra epatis & ſplenis uicium &
eorum duriciem conferunt.uinum decoctionis corticis ca
pari optime ualet.Ad idem ualet electuarium factũ de pul
ueribus corticum cappari & tamariſi cum zucaro. Ad lum
bricos conferunt fructus caparorum & ad ſplenis diſcraſiã.
Valent etiam ad yliacam paſſionem iſto mõ. Accipe lib.5.
corticum cappari & coquatur in ſucco radicis ebuli & ad-
datur zucarum & fiat ſirupus & ſumatur mane & ſero. Idẽ
ſirupus ualet ad arteticam.

Capi.xxxii.

Aſtanea eſt frigida frigidatione pauca & circa pri-
c mum gradum caliditatis & ſiccitatis exiſtit & in cõ
peratione ad glandes ſunt maioris digeſtionis.tuſ-
ſientibus ſunt nociuæ caſtaneæ. dolorem capitis præſtant
propter duriciem digeſtionis.nocumentum aufertur.cum
aſſantur ſunt conſtipatiue. & conferunt medicinæ mortiſe
re.Serapio. Capi.xxxiii.

Icus pineæ & uuepaſſulæ. ficus ſunt recẽtes & ſiccæ
f & uirtus recẽtiũ eſt debilis ꝓpter humiditatẽ. earũ
ſuperfluã.& ſiccæ ſũt meliores & maxime carnoſæ
& uirtus ficuũ eſt calida in fine primi gra.& ſic in principio
ſecundi.Et alia eius uirtus eſt maturatiua & reſolutiua apo
ſtematũ qñ miſcet cũ farina ordei aut cũ medulla pãis fru
mẽti.& recẽtes & ſiccæ laxãt uentrẽ.Et aqua decoctionis fi
cum ſimilis eſt melli in uirtute ſua.Et ſiccæ ualent eſui & in
ducunt ſitim & molliunt uentrem & ſunt cõuenientes gut
ture & cãne pulmõis & ueſice & rẽibus & aſmaticis & diſco

loratis. Et decoctio earum cum yſopo purgat pectus & ſu-
perfluitatibus & confert tuſſi antiquæ & dolori pulmonis.
Pandecta. Pineæ ſunt calidæ & humidæ in primo gradu.
Valent aſmaticis & in dolore pulmonis & conferunt etiã
comſumptis. Virtutem habent leniendi mundificãdi & hu
mectandi. Et eſt optimus cibus laborantibus in dolore pul
monis & apoſtemaribus pectoris. Vuepaſſulæ uirtutem ha
bent leniendi & humectandi. Vinum decoctiõis earum ua
let contra frigidam tuſſim & in cibis date ualent cõtra uo
mitum colericum.

Capi. xxxiiii.

Iiube eſt & ſebeſten ſunt calidæ & humidæ. Iuiu-
i be habent extinguere acuitatem ſanguinis colerici
& conferunt pectori & pulmoni & conferunt ueſi-
ce & dolori renum & pectoris ex caliditate. & eſt malũ ſto
macho & nutrimentum earum eſt paucum & digeſtio ea-
rum dura & generant flegma. Serapio. Sebeſten eſt medi-
camen medium in complexione ſua in caliditate & frigidi
tate. laxat uentrem febricitantium & conferunt tuſſi calidæ
& leniunt pectus & ſedant catarum calidum & conferunt
ardori urinæ quæ fit propter mordicationem colere in ueſi
ca & renibus. Pandecta.

Capi. xxxv.

Pruna ſunt frigida & humida. Prunorum alia ſunt
p nigra alia rubea. Quæ nigra ſunt & aliquãtulum
dura magis ualent & præcipue dameſcena. Virtutẽ
habent infrigidandi & leniendi inteſtina. Et ualent acute
febricitantibus. et proſunt contra conſtipationem uentris
et ſiccitate uel ex colera rubea deſiccante. Platearius.

Capi. xxxvi.

Aniſum calidum & ſiccum in tertio. Eſt ſemen dul-
a ce cuiuſdam herbe ſimili nomine appellate. Habet
uirtutem conſumendi diſſoluendi uẽtoſitatem ex
tenuandi. Valet contra uentoſitates & aridam eructua
tionem & indigeſtionem. uinum decoctiõis aniſi & maſti
cis & cinamomi. Ad menſtrua prouocanda detur triffera

magna cum decoctione aniſi. Contra opilationem ſplenis
& epatis ualet decoctio aniſi cum ſcolopendria. Et puluis
aniſi ſumptus in cibo ac potu ualet ad augmentationẽ ſper
matis & lactis.

Capi. xxxvii.

Baccalauri eſt fructus arboris lauri. ſũt ea folia quæ
b etiam medicinæ competunt. & ſunt calidæ & ſiccæ
complexionis. ſed grana ſunt fortiora. Virtutem ha
bent confortandi ex aromaticitate & diſſoluendi & conſu
mendi. Fructus lauri contriti & in eſca calefacti & cum ſac
culo capiti applicati multum confert cerebro flegmatico.
Et contra frigidum reuma capitis decoquantur baccelauri
et roſe in aliquo uaſe ore eius opilato et recipiat patiens fu
mum per os et ex illa aqua lauentur frons et tempora. ole
um bac. lau. ualet contra dolorem ſtomachi ex frigiditate
et contra arteticam. Fomentum ex aqua decoctionis folio
rum lauri matricem confortat et mundificat et conceptu
impeditum ex frigiditate adiuuat. Pandecta. Platearius.

Capi. xxxviii.

Cubebe ſunt calidæ et ſiccæ temperate: ſunt fructus
c cuiuſdam arboris in india naſcentes. Virtutem ha-
bent confortandi ideo ualent contra ſincopim cũ
aqua borraginis exhibendo. Et uinum decoctiõis eius mul
tum ualet cordiacis. Idem confert epilenticis. et contra fri-
gidum reuma. Conferunt cubebe cum zucaro confectæ et
earum odor ſimiliter multum prodeſt.

Capi. xxxix.

Carui calidum et ſiccum in tertio gradu. Eſt ſemen
c unius herbe ſic appellate. Virtutem habet diureti-
cam. Vinum decoctionis ualet contra ſtranguriam
et diſſuriam. Puluis etiam eius in cibo ſumptus digeſtio-
nem confortat. Ventoſitates ſecludit. Semine in ſalſamen
tis utimur. appetitum prouocat. et ſemine tantum in me-
dicinis utimur.

Capi.xl.

Aba eſt frigidæ & ſiccæ complexionis . Et cum eſt
f uiridis eſt humida in primo:parum nutrit . humo-
res groſſos generat & ſtomacho nocet.ſanguinem
groſſum & melancolicum creat & fumum groſſum . ideo
cerebrum offendit & ſomnia uana ĩducit.ſed per decoctio
nem & aſſationem remittitur earum malitia. Et aqua deco
ctionis fabarum mundificat faciem cum amigdalo miſcen
do. Aqua florum fabarum ualet contra obſcuritatem ocu
lornm

Capi.xlí

Enumgrecum ca.& ſic.complexionis eſt. Virtutem
f habet conglutinandi:maturandi:relaxãdi. Ad ma
turandum apoſtemata exterius accipiatur farina fe
nugreci cum uitello oui conficiatur & ſuppõatur maturat
& attenuat . Ad maturandum & rumpendum conficiatur
cum termentina maturat & rumpit. & ſi miſceatur cum fa-
rina ſeminis lini & cum ſeminis alteæ maiorem habebit
efficatiam.Item fiat decoctio ex farina fenugreci & ſeminis
lini & alteæ ſuper apoſtemata ſtomachi & ĩteſtinorum ap
plicata ualebit.

Capi.xlii.

Emẽ lini calidum in primo & in humiditate & ſic
ſ citate mediocre inflatiuum eſt ſtomacho nociuum
& parum diureticum eſt parum nutrit.ad tuſſim fri
gidam ualet pectus purificat a flegmatica ſuperfluitate in ci
bis ſumptus & ab extra farina eius cum farina ſeminis líni
cum butiro miſcendo ualet cum tali ungere pectus mollifi
cat materiam flegmaticam ibidem peccantem . & idem ſe-
dat dolorem uniuſcuiuſqꝫ membri. Idem ualet in ſpaſmo.
& uirtus ſeminis lini proxima eſt uirtuti fenugreci.

Capi.xliii.

Vpinum calidus & ſiccus in tertio. Virtutem habet
l diureticam.& ſunt lupini dulces & amari. Et ama-
ri præcipue uſui medicinæ cõpetunt . Et farina lu
pinorum amarorum confecta cum melle confert cõtra lũ-
bricos.& ſi puluis abſinthei uel eius ſuccus additur fit eo ef
ficatius & emplaſtrum factum ex farina lupinorum amaro
rum & ſucco abſinthei addẽdo parum aloepatici ualet pue
ris contra lumbricos ſuper umbilicum applicando. Vinum
decoctionis eius ualet ydropicis & contra opilationẽ ſple
nis & epatis de cauſa frigida. Capi.xliiii.

Ilium frigidum in primo:ſiccum in ſecundo ſemen
m eſt . Et uirtus eius eſt deſiccatiua ideo deſiccat uen-
trem ſeu conſtipat.ſed quando ponitur exterius in
frigidat in primo & exiccat in fine tertii. Et milium modi-
cum dat nutrimentum . Et quando applicatur ab extra in
ſaccellis actu calidum ſuper inteſtía ualet cõtra fluxum uẽ
tris & prouocat urinam.

Capi.xlv.

Vces & auellane.Nux uſualis indigeſtibilis ẽ & co
n leram nutrít & dolorem capitis commouet . tuſſi-
entibus contraria eſt a ieiunis comeſta nauſeam
prouocat.uenenis contraria eſt comeſta ſi fuerit. Et nuces
cum cepis & melle & ſale mutuo mixta morſum homis &
canis ad ſanitatem perducit. Veteres nuces contrite & can-
cro cathaplaſmate proſunt. Nuces calidæ & ſiccæ ſũt quæ
multum comeſtæ faciunt paraliſim linguæ & prouocant
uomitum & laxant uentrem . Auerrois . Auellane in cibo
ſumptæ dolorem capitis icutiunt.ſtomachum inflant.cor
pori ſano pinguedinem conferunt & ſedant moleſtiam
tuſſis uentuſtiſſimæ.& auellana nutribilior eſt nuce . Aui-
cenna.quoniam eſt magis ſolida & minus unctuoſa. decli-
nat ad caliditatem & ſiccitatem.& eſt tardioris digeſtionis
& exitat ad uomitum.Pandecta.

Capi.xlvi.

Rdeum frigidum eſt & ſiccum in ſecundo gradu.
o Eius nutrimentum minus eſt tritico . Ex farina
ordei . & aqua fit mixtura cum zucaro albo &
uuis paſſulis miſcendo confert loco cibi febricitatibus &
aqua Ordei loco potus . Ex farina ordei et aceto fit em

plauſtrum contra apoſtemata calida in principio ad reper-
cuſſionem. & aqua ordei mixta cum amido ualet pro mun
dificatione faciei.

Capi.xlvii.

Robus in primo ſiccus in ſecundo. Habet uirtutem
o apeniendi.abſtergendi & inſcidendi. Habet ſaporẽ
amarum & ꝓuocat urinam. & qui nimium eo utun
tur facit urinari ſanguinem. Et quando boues de eo come-
dunt impinguantur. Farina orobi laxat uentrem & prouo
cat urinam & meliorat colorem corporis. ex quando mi-
ſcetur cum melle mundificat ulcera & lentigines. & faciem
mundificat eius mixtura cum farina ordei & amidi. Idem
ualet pruritum mẽbrorum. Et farina eius cum aceto cocta
& poſita ſuper pectinem confert ſtranguriæ & curat tenaſ-
monem & punctiones menſtruorum. Serapio.

Capi.xlviii.

Liua & oleum oliuarum. Oliuæ uirides ſunt frigi-
o dæ & ſiccæ. ſtringunt uentrem. & oliuæ aquaticæ
excoriant ſtomachum propter eorum põticitatem
& quando ponuntur in aceto ſunt plus excoriatiue ſtoma
chi. & nigre ex eis ſunt calidæ cum pauca ſtipticitate indi-
geſtibiles plus aliis. Et humor q generat̃ ex oliuis uitupat̃
& quæ comeduntur in medio prandii acuunt apetitum et
magnæ ex eis ſunt maiores operationis. Oliuæ paucum
dant alimentum corpori. et quando ſunt maturæ comple-
te ſunt calidi caliditate temperata et immaturæ frigidæ et
ſtiptitiores. Et oliuæ nouæ ſtringũt uẽtrẽ et ſunt boe ſtõa
cho. ſed nigræ oliuæ maturæ ſunt parte corruptiõi et ſunt
male ſtomacho. Et emplaſtrum ex eis factum prohibet ul-
cera quorum nomen eſt antrox. ideſt apoſtema ignitum.
Et emplaſtrum ex foliis oliuæ cum melle ſuper umbilicum
occidit lumbricos. Et quando fit ex eis emplaſtrum cum fa
rina ordei confert fluxui uentris antiquo et fluxui humidi
tatum quæ a matrice emanãt. Oleum oliuarũ maturarum

confert ſanis et eſt bonum ſtomacho propter ſtipticitatem
quæ eſt in eo. et reſtringit gingiuas et cõfortat dentes quã
do tenetur in ore. et prohibet ſudorem et lenit corpus et ꝓ
hibet aduẽtum frigoris corpori et tale oleum debilitat uir
tutem medicinarum uulnerantium. et datur in potu cõtra
medicinã mortiferam ut uomatur ab eo. Serapio. Pãdecta.

Capi.xlix.

Oma granata: quædam ſunt dulcia: quædam aceto
p ſa et acetoſa ſunt maioris ſtipticitatis. Omnia gra-
nata ſunt boni humoris et ſũt bona ſtomacho pau
ci tamen nutrimenti. et dulcia quidem ſũt boni ſaporis ni
ſi quia inferunt caliditatem ſtomacho licet paucam ideo
non ſunt multum conuenientia febricitantibus. ſed aceto-
ſa magis conferunt. Et ſuccus granatorum uentris compe
ſcit fluxum. & infuſus in aqua & potui datus emoptoicis &
diſſintericis medetur. Et ſuccus eorum cum melle ualet ad
ulcerationem oris. Granatum quod dulce eſt frigidum eſt
in primo & humidum in ſecundo. & acetoſum eſt frigidũ
& humidum in ſecundo. & acetoſum reprimit coleram &
prohibet curſum ſuperfluitatum ad uiſceram proprie uinũ
eius. Pandecta. Auicenna &c.

Capi.l.

Inum & acetum. Vinum eſt calidum in ſecũdo gra
u du. & uetus ex eo in tertio. Et muſtum in primo. &
manifeſtatur unũquodq; uinum in quo gradu eſt
per eſtimationẽ caliditatis inuente in eo. Vinũ imoderate
ſumptũ nocet neruis et ſenſibus. et uinum uetus albũ ꝓuo-
cat urinam niſi quia facit dolorẽ capitis. et qui ex eo bibit
ſatis nocet ſtomacho. Nouum uinũ generat inflationẽ et
eſt difficilis digeſtionis inducit ſomnia mala. Et uinũ albũ
ſubtile eſt bonum ſtomacho et conuenit uſus eius magis
in ſanitate et egritudine q̃ rubeum quod iter albũ et nigꝝ
medium eſt. Et uinum nigrum eſt groſſum et tarde dige-
ſtionis et inebriat et ingroſſat carnem. et confert in fluxu

uentris & eſt inflatiuum.Dulce uinum eſt tarde reſolutio
nis.inflat ſtomachum.laxat uentrem ſicut muſtum & con
fert ueſice & renibus . Acetum frigidum eſt in primo gra
du ſiccum in tertio. Virtutem habet penetrandi & ſubti
liandi & conſtrigendi ex qualitatibus . Valet acetum con
tra uomitum & fluxum uentris bulliantur in aceto roſe &
cortex quercus & imbibatur in tali aceto lana & ponatur
ſuper ſtomachum uel ſuper umbilicum. Et appetitum inci
tat carnes cum eo comeſtæ.Et acetum ſtomachum cum in
uenit plenum laxat:uacuatum autem reſtringit.Et ualet cõ
tra frenelim fricatio facta circa uolas manuum & pedum
cum ſale & aceto.Platearius.Serapio &c .

¶ Quinta particula de gummis & conſimilibus.

Capi.li.

Amphora frigida eſt & ſicca in tertio gradu.Eſt eli
c genda alba & lucida. Valet contra geomorream.i.
inuoluntariam ſpermatis emiſſionem.Diſtempere
tur cãphora cum ſucco ſolatri uel lacte &c. & ſupponatur
pectini uel renibus & cõfert. Idem ualet contra dyabeticã
paſſionem & cõtra calefactionem epatis cum pannis hume
ctatis apponatur regioni epatis.Et camphora mixta cũ ſuc
co ſanguinarie ualet cõtra fluxum ſanginis narium.Et con
tra libidinem odoretur camphora per nares . & camphora
ſatis competenter ponitur in electuariis contra acutas egri
tudines.

Capi.lii.

Ragantum frigidum eſt in ſecundo: humidum in
d primo gradu . eſt gummi . & quod album eſt cla
rum & purum eſt maioris efficatiæ. Contra ſiccita
tem pectoris detur patienti decoctio draganti & gummi
arabici in aqua ordei.Item aqua decoctionis ordei & ſucci
liquiritiæ in qua diſſoluatur dragãtũ ualet cõtra tuſſim ſic
cã.Electuariũ etiã cõfectũ ex partibus.ii. dragant & .i.par
te liquiritiæ cum zucaro cõfic atq̃d'ualet cõtra tuſſim ex ca
li da cauſa.Et aqua ordei decoctionis draganti ualet contra



ſitim & contra diſſinteriam ualet aqua pluuialis in aqua
diſſolutum ſit dragãtum . Dragantum cum albumine oui
mixtum cõtra ignis combuſtionem optimum eſt. Platea
rius.Sera.

Capi.liii.

Vmmi eſt arabicum calidum eſt & humidum ſimi
g le eſt draganto:& dicitur arabicum: quia in arabia
reperitur melius eſt. Habet autem uirtutem relaxã
di & leniendi.Valet cõtra aſperitatem linguæ: diſſolutum
gummi arabicum in aqua in qua frigetur lingua . Contra
uomitum ex debilitate uirtutis retentiue detur puluis eius
cum puluere cinamomi . Puluis gummi arabici miſceatur
cum ſucco plantaginis & confert.Et puluis eius cum pulue
re ſanguis draconis in aqua roſarum miſcendo confert cõ
tra fluxum menſtruorum & ſanguinis.

Capi.liiii.

Audanum calidum & humidum in ſecundo gradu
l eſt ros in quibuſdam herbis inuiſcatus & eſt eligen
dum quod eſt ponderoſum & nigrum . Odor eius
ualet contra catarrum ex frigida cauſa.Et laudanum & ma
ſtix miſceantur & circa gingiuas & dentes intus & extra po
natur dentes relaxatos confirmat.Ad ſuffocationem matri
cis recipiat patiens fumum per inferius.& contra præcipita
tionem matricis recipiat patiens fumum laudani per os.Et
ſuppoſitorum ex eo factum & matrici immiſſum confortat
matricem & iuuat ad conceptionem.

Capi.lv.

Aſtix calida eſt & ſicca in ſecundo gradu.gummi ẽ
m cuiuſdam fructicis.eligenda eſt maſtix quæ alba eſt
& clara.quæ uero obſcura abicienda . Virtutem ha
bet confortandi:conglutinandi: conſolidandi & conſtrin
gendi.Et uinum diſſolutionis maſticis & olibãi cum albu
mine oui miſcendo & temporibus ſuperponatur ualet con
tra humores fluentes ad oculos & ad dentes . et confert

etiam contra dolorem temporum qui fit ex fumoſitate aſcé
dente a ſtomacho ad caput . Maſtix maſticata deuoluta in
ore comprimendo in dentibus pluribus uicibus facit deſcé
dere humiditates per ſputum eiciendo . Emplaſtrum factũ
ex maſtice bolo armeno & albumine oui & aceto & ſuper
orificia ſtomachi poſitum uomitum colericum conſtrin-
git poſitum ſuper renes & pectinem fluxum colericum re-
ſtringit.

Capi.lvi.

Irra eſt calida & ſicca in ſecundo gradu. gummi eſt
m cuiuſdam arboris in india naſcentis . Eligenda eſt
quæ clara & citrina & lucida eſt. Virtutem habet cõ
fortandi ex glutinoſitate conducendo partes in unum . Et
uirtutem diſſoluendi & conſumendi mediocriter ex quali
tatibus ſuis. & etiam perſeruat a putredine . unde corpora
condita cum mirra conſeruantur. Et ualet mirra contra ſa
niem oris:ſtomachi & inteſtinorũ.& mirra ualet contra pu
trida ulcera.Et fumus eius per os receptus cerebrum cõfor
tat & per uuluam matricem calefacit & confortat ad conce
ptionem . Et mirra ualet contra fœtorem oris uicio humo
rum putridorum.Et uinum decoctionis eius & ficcum ſic
carum ualet contra aſma & uitium pectoris & cõtra tuſſim
& pillule de ſtorace calamita & mirra ualent contra catar-
rum & ualent etiam ad digeſtionem confortandam.

Capi.lvii.

Ix alia naualis alia liquida.& eſt calida & ſicca in ſe
p cundo gradu.Naualis minus eſt calida & ſicca . &
pix liquida uirtutem habet conſumendi laxandi &
diſſoluendi. Vnguentum ex ea factum cũ litargiro & oleo
lauri & parum aceti ualet contra ſcabiem.Contra dolorem
ſplenis fit emplaſtrum ex pice reſoluta cum puluere abſin-
thei & cera & oleo.& pix naualis in emplaſtris põitur quæ
fiunt ad uulnera . Et dicitur naualis quia abraditur a naui-
bus & ipſa deſiccat ſuperfluitates & diſſoluit eas ꝓpter mo
ram quam facit in aqua maris.Dicunt quidam diſſoluit ſu
perfluitates quia acquiſiuit uirtutem ipſam ab aqua mari-
na.Serapio.

Capi.lviii.

Eſina diuerſificatur ſecũdum diuerſitates arborum
r a quibus coligitur.& omnes reſine ſunt calefactiue
& diſſolutiue & mundificatiue . Et eſt in reſina res
quæ abſtergit adeo ꝙ curat ſcabiem & ipſa quidem attra-
hit ab interioribus plus q̃ aliæ ſpecies glutinis.& dicũt qui
dam reſina ſit ſudor arboris pini . Et reſina ingreditur un-
guenta faciens ea odorifera & bene colorata . & confert ad
ulcera corporis humiditates putridas attrahendo.Pãdecta.

Capi.lix

Torax calamita ſicca & liquida.ſunt calidæ in prĩo
ſ & ſiccæ in ſecundo gradu.Eligendo eſt ſtorax cala
mita rubea.ualet contra frigiditatem & debilitatẽ
cerebri cum laudano & ſtorace liquida miſcendo in modũ
pomi ambre naribus applicando multum confert cerebro.
Ad idem ualet melius fumigium de ea poſita ſuper carbo-
nes.Vinum decoctionis eius gargarizatum humiditatem
uue ſeu uuele deſiccat . Et pillulæ de ea factæ ualent contra
frigiditatem ſtomachi & frigidum reuma capitis . & fumi-
gium eius ualet contra ſuffocationem matricis per inferi-
us applicatum.Et ualet etiam contra præcipitationem ma
tricis ideſt caſum eius per ſuperius applicatũ . Storax liqui-
da multũ ualet ĩ emplaſtris cõtra tineã & puſtulas & ſimilr
ualet ad plura emplaſtrata & reddit ea multum odorifera.

Capi.lx.

Erepentina calida eſt & ſicca . Fumus eius receptus
t circa annum curat tenaſmonẽ. Similiter ualet eius
ſuccus contra ſuffocationem matricis inferius reci
piat.& cõtra præcipitationem matricis ſuperius recipiat fu
mum terepentine uel fiat ſuppoſitorium matrici cũ bom-
bice in uoluta termentina in ſuffocatiõe matricis.Ad rum
penda apoſtemata fiat ex ea & farina ordei emplaſtrum.

❧ Sexta particula de generibus ſalis et mineris terræ et la pidibus.

Capi.lxi.

Lumen calidum eſt et ſiccum in quarto gradu . ha-
a bet uirtutem conſumendi et fortiter deſicandi.pul
uis eius ſperſus ſuper cancrum malam et putridam
carnem eradicat.Et alumen mixtum cum parum mellis cũ
quo licinium ungatur et immiſſum fiſtulæ multum pro-
deſt . prius lauetur ulcus cancri cum aceto inflationes gin-
giuarum ſanat ſi fiat ablutio earum cum aceto mixto cum
alumine præcedente uentoſitatione cum ſacrificatione cir
ca caput et ſpatulas.Contra ſcabiem ſulphur et litargirum
et alumen bulliantur in aceto et oleo et inunge in balneo.
poſt ea ablue cum aqua calida et poſt iterum inunge . Bal
neum aquæ aluminis ualet ydropicis ſcabioſis arteticis.

Capi.lxii.

Rgentum uiuum calidum eſt & humidum in quar
a to gradu.Quidam dicũt ꝙ ſit frigidum in quarto
ex effectu eius calidum probatur.quia diſſoluit in-
ſcidis penetrat.licet actu ſit frigidum potentialiter eſt cali-
dum.Contra ſcabiem recipiatur litargirum et ceruſa et ole
um lauri miſceantur in patella circa ignem infrigidato ad
de argentum uiuum et uſui reſerua. Contra pannum faciei
poſt partum accipiatur axungia galline cum ceruſa et argẽ
to uiuo et inde ungatur facies.

Capi.lxiii.

Olus armenus frigidus eſt et ſiccus in ſecundo gra
b du.Eſt quædam uena terræ . Virtutem habet con-
ſtringendi . Et eligendus eſt qui eſt ſubrufus ſecun-
dum oẽs eius partes. Cõfert bolus cõtra emoptoicã paſſio
nem ideſt fluxum ſanguinis per os ſumatur aqua ordei in
qua ſit diſſolutum gummi arabicum uel dragantum cum
bolo armeno.et prodeſt idem contra diſſinteriam cum ſuc
co plantaginis amminiſtrando . Vel fiat emplaſtrum ſuper
inteſtina cum albumine oui et boli armeni et emine plan-
taginis. Et contra fluxum ſanguinis ex naribus miſceatur
bolus cum ſucco ſanguinarie ex ĩpõatur naribus et cõfert

Capi.lxiiii.

Eruſa frigida eſt & ſicca in ſecundo gradu . eſt flos
c plumbi.Habet uirtutem mundificandi:extenuandi
ſuper fluitatem & extergendi. Aqua reſolutionis ce
ruſe & amidi mundificat faciem mulieres ea utuntur.Et ce
ruſa ualet ad creandam bonam carnem in uulneribus &
ad ſananda uulnera.& qui ceruſam faciunt ſæpius incurrũt
apolexiam.epilentiam.paraliſim. arteticam propter maliti
am uaporum plumbi.

Capi.lxv.

Alxuiua calida eſt & ſicca in ſecundo gradu.Mixta
c cum ſepo & oleo uidelicet ad putrida apoſtemata.
& uirtus calcis eſt inflatiua . mordicatiua aduſtiua
cauteriſatiua.ſed ſi miſcetur cum axungia aut oleo fit matu
ratiua.& oportet ꝙ ſit noua uiua quam nõ tetigit aqua &
eſt fortior q̃ illa quam tetigit aqua. & quando lauatur calx
fit ſine mordicatione.Pandecta.

Capi.lxvi.

Orallus rubeus & albus frigidus eſt & ſiccus in ſecũ
c do gradu.Eſt autem eligendus rubeus groſſus &
clarus & quantoplus accedit rubedinem tanto me
lior qui nulla habet foramina uel pauca. Albus ſimiliter eli
gendus quanto albior tanto melior: qui etiam non ſit per-
foratus foraminibus. Virtutem habet confortandi.depurã
di conſtringendi. Virtutem habet occultam contra epilen
tiam.Contra fluxum ſanguinis narium imponatur puluis
coralli rubei cum ſucco ſanguinarie naribus & confert.&
puluis eius in ouo ſorbili ualet contra diſſinteriam. uel da
tur cum aqua plantaginis.Et contra emoptoicam paſſionẽ
ideſt ſputum ſanguineum fiant pillule ex duabus partibus
pulueris coralli rubei & una parte draganti cum aqua or-
dei miſcendo & fiant pillule quæ tenentur in ore & traſglu
tiat poſt reſolutionem earum.

Capi.lxvii.

e Mantites frigidæ & ſiccæ eſt complexiōis eſt lapis. Habet uirtutem cōſtringendi fluxum ſanguinis in teſtinorum. Fiat emplaſtrum ex puluere emātitis & albumine oui & oleo roſarum & aceto & applicetur ſuper inteſtina. Idem ualet cōtra fluxum mēſtruorum cum aqua uel ſucco plantaginis. Idem ualet contra fluxum ſanguinis narium cum ſucco ſanguinarie naribus imponendo. & fiāt pillule ex puluere emantitis & gummi arabici & draganti cum aqua roſarum conficiantur & teneantur pillule in ore ſub lingua & tranſglutiat tranſſolutas.

Capi.lxviii.

l Itargirum temporate frigidum eſt & ſiccum ſecundum quoſdam frigidum & ſiccum in quarto. Et litargirum eſt duplex. quoddam dicitur ſpuma auri & quoddam dicitur ſpuma argenti. Virtutem habet conſolidandi depurandi conſtringendi. puluis litargiri uulneribus impoſitus ſaniem conſumit & ulcera conſolidat. Valet contra ſcabiem præcipue cum ſit ex flegmate ſalſo ſumatur litargirum buliatur cum oleo nucum & parum aceti & inde liniantur loca ſcabioſa. Et confert etiam litargirum contra ulcerationem uirge. puluis eius applicatus ulceri prius cum aqua aluminis mundificetur. Confert etiam cōtra pānum oculorum cum aqua roſarum fiat colirium. Et ad faciem depurandā fiat unguentum ex axunge galline cum puluere litargiri & oleo roſarum miſcendo.

Capi.lxix.

l Apis lazuli frigidus eſt & ſiccus ſimiliter lapis armenus ſed eorum exceſſus non eſt determinatus ab autoribus. Eſt autem lapis lazuli eligendus qui multum aſſimiliatur colori cœleſti. purgat principaliter melancoliam. Valet lapis lazuli contra uicium ſplenis & emoroidarum. Detur cum uino decoctionis ſene & ſeminis feniculi. ualet contra cordiacam paſſionem. detur cum ſucco borraginis & puluere oſſis de corde cerui. Et ut breuiter dicam. ualet contra omnes paſſiones factas de malancolia.

Capi.lxx.

m Erili ſiue margarithe frigidæ ſunt & ſiccæ. lapis qui in quibuſdam piſcibus reperitur. eligende ſub albe. & clare & lucide. Virtutem habent confortandi. cōtra ſincopim & debilitatem ex medicina uel fluxu uentris uel ſanguinis & contra cordiacam paſſionem & in febribus detur puluis margaritharum cum zucaro roſarum.

Capi.lxxi.

ſ Vlphur calidum eſt & ſiccum in quarto. Eſt aliud ſulphur uiuum quod ex terra ſulphurea producitur aliud eſt mortuum quod artificioſe præparatur. Et iſtud non eſt tantæ efficatiæ. Eſt autem eligendum quod uiride eſt. Virtutem habet diſſoluendi cōſumendi. Vnguētum factum ex puluere ſulphuris & ellebor albi & oleo lini & cera multum confert contra paraliſim arteticam podagram & epilenticam &c. Valet etiam contra aſma inueteratum detur. ʒ. ʒ. in ouo ſorbili.

Capi.lxxii.

ſ Al calidum eſt et ſiccum. Ex ſale et aceto et oleo in aqua reſolutis poteſt prouocari uomitus dictus in ore immiſſus uel penna. ad dolorem ex uentoſitate fiat ſatellatio ex ſale torrefacto et calefacto et ſuperponatur loco patienti. et ex ſale et melle ſi ſuppoſitorium ad uētris conſtipationem.

Capi.lxxiii.

t Artarus calidus et ſiccus in quarto. Quod de uino puriore exiſtit melius eſt. et fit ex tartaro et litargiro et oleo nucum et parum aceti cōmixtio ad ignē in modum unguenti quod cōfert ad malas ſpecies ſcabiei. et puluis tartari in cibis datus pinguedinem conſumit et extenuatur. puluis etiam eius ſcilicet. ʒ. 2. datus cum melle roſarum uel conſeruat roſarum uel alio conſimili ducit ad. 5. uel. 6. aſellas puluere maſticis addito.

Capi.lxxiiii.

t Vthia eſt infrigidatiua ſtiptica replet ulcera carne et conglutinat et eſt deſiccatiua. Et tuthia præparatur quando pluries extinguitur in aqua roſarum tunc

ingreditur colliria oculorum.Et uirtus tuthiæ ablutæ multum confert oculis fluentibus & ab plures alias egritudines oculorum.Et puluis tuthiæ diſiccat ulcera uirge & humiditates ibidem conſumit.Pandecta.

Capi.lxxv.

u Itriolum eſt minorale eſt aduſtiue conſtrictiue uirtutis calidum eſt & ſiccum in quarto.& quando ſumitur ex eo in potu.3.ʒ.cum ydro melle expellit lūbricos.Et quando ſumitur in potu.3.1. aufert nocumētum fungorum faciens euomere. Et puluis eius immiſſus in nares conſtringit ſanguinem fluentem ex eis & mūdificat ulcera narium.Et puluis eius poſitus in aures occidit uermes earum.Pandecta.

Capi.lxxvi.

u Irideeris calidum & ſiccum carnem ſuperfluam cōſumit undecūq; naſcitur. præcipue in naribus cum melle mixtum.& mixtum cum aqua mellis fiſtulas curat & gingiuas putridas ſanat & canceratas carnes emēdat.Et mixtum cum ſale armonico . & terepentina & reſina in modum unguenti leproſos curat.Pandecta.

¶ Septima particula de animalibus & ortis ab eis.

Capi.lxxvii.

a Neta & anſer. Anas eſt calidor omnibus auibus domeſticis . dicunt quidam ipſa calefacit infrigidatū & facit calefactum poſſidere febrem. Eius pinguedo eſt maxima dolorem ſedando & eſt melior pinguedinibus auiū.& caro eius eſt grauis digeſtionis & auget ſperma.& eius pinguedo clarificat colorem.& eius caro impinguat & clarificat uocem & caro anſeris eſt grauis & tardatur in ſtomacho.ſed leuius & melius quod eſt in ipſa ſunt ale.Cum autem caro digeretur harum auium eſt nutribilior omnibus carnibus auium . augmentum efficit in coitu & multiplicat ſperma.Pandecta.

Capi.lxxviii.

b Os carnibus ſuis reficit & nutrit. Vnde nihil eſt in boue quod diuerſis uſibus utile non ſit . Vnde eius fimus ut dicit Plinius li.xxviii.capi.xi.Fimus bouis cū aceto iuuat contra dolorem articulorum ydropicis etiam ſingulare remedium eſt ſi inde ungantur ad ſolem conſumit enim humorem inter cutaneum. Eſt autem animal nō ſolum uſibus hominum neceſſarium ſed etiam ad plura alia quātum ad eorum cornua ut pelles ex quibus uaria fiunt. Bartholameus anglicus.

Capi.lxxix.

c Apra eſt uelociſſima in curſu : leuiſſima ī ſaltu:acutiſſima in aſpectu: dulciſſima in guſtu & ſaniſſima quo ad eſum : ſagaciſſima quo ad paſtum:nam uiſu guſtu & oleſactu diſcernit inter herbas & arborum ramuſculos quorum extremitates teneras comedit & depaſcit.Capre uiuunt per undecim annos : & frequentant coitum uſq; ad ſenectutem:& aliquando generant gemellos. Vrina etiam caprarum calefacta auribus inſtillata dolētes aures ſanat Bartholameus anglicus.

Capi.lxxx.

c Ancri fluuiales multum conueniunt in egritudinibus calidis:& quando comburuntur & fiant inde cineres qui miſceantur cum parum gentiane & bibitur cum uino eſt optimū medicamen contra morſum canis rabidi . Et talis cinis cancrorum mixtus cum melle ſciſſuris manuum & pedum & ani & excoriationi quæ fit a frigore & cancro & confert.Et quando coquuntur & potatur de iure confert ulceribus pulmonis.Serapio.

Capi.lxxxi.

c Olumba eſt auis manſueta hominum frequentiā conſortium diligens quam antiqui autem ueneriam nuncupabant:eo ꝙ frequentat nidos & oſculo & amore concipit & ueneri multum uacat ideo columba dicitur quaſi colens lumbos.Sanguinem medicinalem habet ſanguis eius ſub dextera ala extractus & ſanguis calidus oculis impoſitus inſtillatus dolorem mitigat & obtal

miam ſanat oculorum. Caro columbarum dura eſt ad digerendum & uiſcoſa: unde groſſum dat nutrimento ſed quando uolare incipiunt ratione motus ſunt melioris digeſtionis: quanto autem uetuſtior tāto durior & peior ad digerendum.

Capi.lxxxii.

c Aſtor animal ē cōmorans cum piſcibus ſub aquis & graditur ſub terris: & dicitur caſtor a caſtrando. Nam eorum teſticuli medicine ſunt apti: cum ſenſerit maiorem ipſe ſe caſtrat & morſibus ſua uirilia amputat. Caſtorium uirtutem habet diſſoluendi conſumendi & attenuandi loca neruoſa maxime confortandi: unde ualet epilenticis & contra frigidas paſſiones capitis & paraliſim linguæ ſoluit & loquelam reddit ſubito ablatam ſi ſub lingua reſoluatur. Et ualet contra uniuerſalem corporis paraliſim ſi decoctum cum uino fuerit & ruta & ſaluia in potu ſæpius ſumatur.

Capi.lxxxiii.

c Eruus eſt animal diutiſſime uiuens plus q̄ centum annis. Et eſt animal fel non habēs niſi in inteſtinis ideo habet inteſtina amara & fœtida: ut dicit Ariſtoteles & Auicēna. Item ſanguis cerui & leporis nūquam coagulatur: & oſſa inueniuntur in eorum cordibus conferunt ad multas paſſiones notanter cordiales & in nobilibus confectionibus amminiſtrentur. Dicitur ꝙ lapis quidam reperitur in ceruis qui miro modo dicitur iuuare mulieres quando ſunt prægnantes. Bartholameus anglicus.

Capi.lxxxiiii.

e Dus ab edendo dictus. Paruus enim eſt & pinguis & iocundi ſaporis: ut dicit Iſidorus. li. xii. & ē temperate complexionis: unde melior & digeſtioni cōpetentior maxime ſi eſt maſculus unde eius caro bene nutrit & ſanguinem bonum gignit: ideo carnes eduline maxime cōueniunt humanæ naturæ maxime hiis qui delicoſe uiuūt. Et pelles edorum ſanant morſus uenenoſos ſi calidæ deſuper ponantur: & aduſtio pilorum odore fugat ſerpentes.

Capi.lxxxv.

l Epus dicitur habere utrūq; ſextum ideo multi putarunt leporem gigni & gignere ſine mare: ut Plinius. Sunt autem lepores animalia ita fœcunda ꝙ uno fœtu naſcente ſtatim altero fœto uterus grauidatur: unde utile eſt animal quo ad eſum cum fuerit iuuenis. Nā eius coagulum ualet contra uenenum: reſtringit uētris fluxum: ſanguis eius mitigat dolorem oculorum: & quanto coagulum eius eſt ueterius tanto melius. Bartholameus anglicus.

Capi.lxxxvi.

p Orcus naſcit̃ dentatus & multis infirmitatibus ſubiacet: & quando infirmatur obliquum tenet caput & in luto plus iacet in dextro latere q̄ in leuo. Et meliores ſunt filii qui naſcūtur in hyeme & peiores in eſtate. Eſt autem animal in mundum & guloſum auide deuorans quodlibet fœtidum & in mundum: ideo caro eius licet ſit facilis digeſtionis tamen ex ea multum comeſta plures inde generantur ſuperfluitates flegmatice putrefactioni abiles & impinguatur porcus uel ſus inquiete & ſeptima pars ſui cibi conuertitur in pilos & in ſanguinem & in lac dicit Ariſtoteles libro. vii.

Capi.lxxxvii.

u Itulus ſtatim quando naſcitur a uirtute propria ad querendum matris ubera erigitur & ſtatim reficitur matris uberibus. Naſcitur ei ſicut & equo in fronte puſtula quædam nigra quam magi aſſerunt incenſiuum fore amoris hac puſtulam ſtatim mater amputat nec admittit ad ubera niſi prædictum uirus auferat. Et ſunt boni nutrimenti & facilis digeſtionis & multum uehetare habent.

Capi.lxxxviii.

u Vlpis eſt animal multum doloſum: quando enim canes inſequuntur eum caudam inter crura recolligit: & quando uidet ſe non poſſe euadere in cauda recolligit urinam quam ſuper canes inſequentes ipſum proiicit & diffundit: cuius fœtorem canes abhorentes aliquantulum ei cedunt. Adeps enim eius & medulla multū

dicuntur ualere contra neruorum cōtractionem. Sanguis
eius dicitur diureticus unde multum ualere creditur ad la
pidem renum & ueſicę:ut dicit Plinius libro.xxviii. Et di-
citur Plinius ibidem ꝙ ſi quis linguam uulpis habuerit in
annulo talis non patietur caliginem oculorum Barthola-
meus anglicus.

Capi.lxxxix.

Vtirum accipitur ex lacte uaccarum caprarū & oui
b um. Et butirum reſoluit & maturat:& propter hāc
cauſam amminiſtrati apoſtematibus quæ fiūt ſub
aure quādo uolumus ea mollificare & maturare. Et ualet
in tumoribus gingiuarum infantium eas liniētes cum bu
tiro quando uolumus ꝙ dentes cito oriantur & ſine dolo
re & confert aliis apoſtematibus oris. Et miſcetur etiam
cum emplaſtris conferentibus ad dolorem lumborum &
aliorum membrorum. Et quando ſumitur butirum mix-
tum cum melle iuuamētum magnum ſpuentibus ſaniem
ex apoſtemate pulmonis confert:& ſimiliter ualet in pleu-
reſi:& ualet etiam ſine melle ad excreandum ſaniem ab in
tra & ab extra amminiſtrando. Serapio.

Capi.xc.

Oagulum eſt ſubſtantia lactis in ſtomacho coagu
c lata. Et omne coagulum eſt ſubtiliatium: reſolu-
tiuum & ſiccum:& coagulum leporis in omnibus
hys qualitatibus eſt fortius. Confert in fluxibus uentris &
menſtruorum & debilitati uirtutis retentiuę quādo datur
in modum caſtaneæ in potu uini:& datur contra ſanguinē
coagulatum:& quando mulier facit ſibi peſſarium cum eo
& butiro poſt mundificationem menſtruorum cōfert im
pregnationi. Et quando ſumitur ex eo in potu prohibet
impregnationem.

Capi.xci.

Aſeus a carēdo dictus q ſeparaẗ ab aquoſa ſubſtan
c tia lactis qua caret. Et autem caſeus ſex lactis frigi
da & groſſa & ad dirigendū dura: & magis attinet
ſtipticitati q̄ laxationi:& eſt grauis ſtomacho & epati & ſple

ni maxime ſi illa loca fuerint opilationibus præparata &
calculum in renibus impregnat. Ideo dicit conſtantinus
ꝙ omnis caſeus uniuerſaliter eſt malus: tamen caſeus qui
lacti eſt uicinus minus eſt nociuus: & caſeus nimis ſalſus
nimis eſt deſiccatiuus & ſtomacho nociuus & carens ſale
magis eſt nutritiuus & corporis humectatiuus: ſtomacho
tamen eſt nociuus & defacili in fumoſitates reſolutiuus ſi
ſtomachus fuerit calidus ſi uero fuerit frigidus in acetoſi-
tatem defacili eſt conuerſiuus. Et uetus caſeus omnino nō
ualet quia ualde exiccatiuus & dure digeſtionis. Barthola
meus anglicus.

Capi.xcii.

Era ē fex mellis. Eſt enim cera multis uſibus neceſ-
c ſaria. Valet enim in medicinis in cōfectionibus ua
riis & unguentis. Nam uirtutem habet calefactiuā
reſolutiuā:aperitiuā:maturatiuā:attractiuā:euaporatiuā &
cōſumptiuā. Cera quāto recentior tāto odorabilior:ducti
bilior & purior ad diuerſaꝝ īpreſſionum & figuraꝝ ſuſce
ptionū aptior. Bartholameus anglicus de proprietatibus
rerum.

Capi.xciii.

Ac eſt liquor dulcis & candidus in mamillis per
l actionem caloris in ſanguine generatus. Eadem
eſt enim materia menſtrui ſanguinis & lactis:& iō
natura creat lac propter cibum nati quo cibatur extra: nō
ergo debet eſſe lac ante tempus partus nec poſt multum
niſi accedat cōtra naturam:& lac dulce eſt magis ſapidum
uicinum ſanguini in ipſum defacili conuerſiuum: & ideo
laudabile eſt ipſius nutrimentum. Eſt autem compoſita ex
tribus ſubſtantiis in uirtute ſcilicet ex ſeroſitate quæ ē ſub
tiliatiua & acuta:& ex caſeali ſubſtātia quæ eſt groſſa ideo
opilatiua:& butiroſa & unctuoſa quæ ē mollificatiua. Vn
de ſerum eſt de opilatiuum & groſſorum humorum inſci-
ſiuum & uētris ſolutiuum præcipue ſerum caprinum. Bar
tho.angli.

Capi.xciiii.

El eſt liquor dulciſſimus a materia puriſſima ſoler
m tia apium generatus. Vnde mellis dulcedo cæteris
eſt magis calida: ſed minus humida: & iudicatur
mel calidum & ſiccum in ſecundo gradu:eſt mundificatiū

lauatiuū & ſubtiliatiuum & ſuo calore groſſorum humorum in corpore inſciſiuum & humorum putridorum expulſiuum & amaritudinis temperatiuum:ideo ponitur in medicinis ad conſeruandum medicinas mixtas cū eo. Et mel crudum non bene deſpumātum ualde eſt uentoſum & inflatiuum rugitus in uentre generatiuum:in malos humores faciliter cōuerſiuum ſplenis & epatis uiſcoſitate ſua opilatiuum:colere inflammatiuum: yliacis & colicis nociuum.Serapio.Pandecta.

Capi.xcv.

Podium frigidum in tertio:ſiccum in primo. Spōdium eſt os elephantis habens medullam & comburitur ſed oſſa dentium non comburuntur:unde illud ſpondium eligendum eſt quod ſubpallidum eſt nimis leue habens tamen quaſdam partes ſubnigras nō multum tñ efficatiæ. Confert in diſſintaria & cōtra emoptoicā paſſionem. Datus puluis eius cum aqua plātaginis uel ſucco eius. El puluis ſpodii naribus īflatus ſanguinem nariū ſiſtit.Platearius.

Capi.xcvi.

Apo calidæ & ſiccæ cōplexionis. Valet contra conbuſtionem ex aqua uel ex igne & mox debet apponi membro leſo & ibi morari per tres uel quattuor horas. Cōfert etiam ad ſcabiem cum ungitur locus ſcabioſis cum eo. Et dealbat ſapo carnem inde lotam. Valet etiam ut inde fiant ſuppoſitoria deſuper ſpergantur pulueres de eſula & prouocabunt aſſellationem.

F I N I S

Finiūt Liber uocat̃ Herbolariū de uirtutibus herbaꝝ.

Impreſſum Venetiis per Simonem Papienſem dictum Biuilaquam Anno Domini Ieſu Chriſti.1499.die.xiiii.Decēbris.

A a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x

Omnes ſunt quaterni exceptis A qui eſt duernus.

UNIVERSIDAD
BIBLIOTECA